M. GÖBEL

ETHNICA



VRATISLAVIAE MCMXV

ETHNICA

PARS PRIMA

DE GRAECARUM CIVITATUM PROPRIETATIBUS PROVERBIO NOTATIS

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHILOLOGICA

QUAM AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS CONSENSU ET AUCTORITATE AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IN UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA SILESIACA RITE IMPETRANDOS UNA CUM THESIBUS DIE XXV MENSIS FEBRUARII ANNI MCMXV HORA XII ET DIMIDIA IN AULA MUSICA PUBLICE DEFENDET

MAXIMILIANUS GOEBEL
SILESIUS

ADVERSARIORUM MUNERE FUNGENTUR
M. KRUEGER, DR. PHIL. / A. NEHRING, DRD. PHIL.

VRATISLAVIAE / TYPIS OFFICINAE A. FAVORKE
MCMXV

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Richardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die XXVIII mensis Maii MCMXIV.

RICHARDO FOERSTER

CONSPECTUS LIBELLI

PRAEFATIO

Ὅσα πολιτειῶν εἴδη, τοσαῦτα ἠθῶν εἴδη.
PS. DION. HAL. RHET. XI 5

Εἰσὶ βλασφημίαι καὶ ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων πολλαὶ ῥηματικῶς πεποιημέναι.
EUST. AD HOM. IL. I 129 p. 741.21

Alienum videtur esse multis disserere verbis, quanti pretii sint studia paroemiographica ad cognoscendos gentium mores. Vox enim populi ipsius loquitur in proverbiis, et qui illa et imprimis Graeca perlegerit, facile cognoscet, quomodo ingenium Graecum, fons et principium Graeci proverbii, sit immutatum, quoniam aetates singulae cum opprimunt proverbia tum adiciunt. Neque solum hac ratione nova exsistunt adagia aliaque auferuntur, sed etiam idem proverbium ab hac aetate hunc in modum, illum in modum ab illa enuntiatur, ut ex talibus commutationibus sive in bonam sive in malam partem diversis videre possimus, quemadmodum populi iudicium variaverit.

Neque modo his de causis e proverbiis cognoscitur gentium mos naturaque: illustrant ipsa proverbia, quae quidem de civitatibus narrent, et illuminant populorum mores speculumque praebent indolis naturaeque gentium, quamquam imagines non nunquam distortae sunt. Proverbium enim, ut exemplum afferam, quod Athenis vulgatum erat de Lacedaemoniis, infesto videlicet dicebatur animo. Saepe ergo invidia quaedam in proverbiis haeret: vicinus non nunquam male audit apud vicinum. Similiter nos quoque non sine aliqua cavillatione dicimus Schwabenstreiche vel Nassauern, ridemus de hominibus stultis, quos Schildbürger vocamus[1], gau-

[1] Büchmann p. 109; cf. von Bahder, Lalebuch p. XLV (Halle 1914); „Das Lalebuch ist auf dem Grunde der Stammes- und Ortsneckereien erwachsen; den Bewohnern deutscher Länder wie einzelner Ortschaften sagte

demus facetiis, quae Kalauer dicuntur. Sic in Wielandii Museo Attico versus commemoratur.

Frankfurter Gold, Augsburger Witz, Nürnberger Tand (vel Verstand)
Gehn durchs ganze heilige römische Land[1].

Sed quamquam non omnia, quae proverbia tradunt, esse vera censere licet, tamen aliquid veri inest in unoquoque proverbio.

Quam ob rem operae pretium videtur esse et proverbiis, quae paroemiographi et lexicographi Graeci memoriae tradiderunt, uti et illis, quae ceteri scriptores servaverunt, ad effingendam et exprimendam imaginem gentium. Lexica Graeca et proverbiorum corpora nec non comicos et oratores Graecos, ut talia adagia indagarem, perscrutatus sum; praeterea quae de proverbiorum apud singulos scriptores usu exstant commentaria, non neglexi.

Neque desunt in tali testium multitudine illi, qui veterum scriptorum more usi alii aliorum scripta compilant ita ut recentiores nil novi praebeant atque ex longa testimoniorum serie vetustissimus quisque testis optimus sit et solum dignus, qui afferatur. Qua de causa hac in dissertatione compilatores imprimis medii aevi in notis reponentur. E paroemiographorum numero Zenobius primum locum occupat, si vetustatem et fidem respicimus, deinde proverbia Alexandrina sub Plutarchi nomine tradita et Diogeniani quae dicuntur adagia praebent testimonia certa vetustaque: sed corpuscula proverbiorum a Gregorio Cyprio, Macario, Apostolio, Arsenio collecta maiorum verba in suum usum vertunt[2]. Haud secus apud lexicographos temporum Byzantinorum res se habet[3], qui et proverbiorum corpora[4] et lexica vetusta excerpunt. Antiquissimum est ex adhuc servatis lexicon illud Harpocrationis, sequuntur Hesychius Alexandrinus et Stephanus Byzantius, qui

man allerlei törichte Streiche nach, die sie begangen haben sollten . . ." et quae sequuntur de talibus irrisionibus [1] Attisches Museum, herausgeg. von Chr. M. Wieland, I (1796) 342 [2] cf. Eugen Geisler, Beiträge zur Geschichte des griechischen Sprichwortes (im Anschluß an Planudes und Michael Apostoles.) Progr. des Kgl. Friedrichs-Gymn. zu Breslau. 1908. [3] cf. Leopold Cohn, Griechische Lexikographie in Caroli Brugmanni Grammatica Graeca[4], München 1913 [4] cf. Brachmann, Quaestiones Pseudo-Diogenianeae, Fleckeisens Jahrb. Suppl. Bd. XIV 380 sqq. et Otto Crusius, Sitz.-Ber. der Bayr. Akad. phil.-hist. Klasse 1910 IV 40 sqq.

persaepe Strabonis testimonio utitur[1]. Accedunt etymologica quae dicuntur: etymologicum genuinum[2], etymologicum Gudianum, etymologicum magnum, lexicon Vindobonense, Ps. Zonarae lexicon, quorum fontes veterum grammaticorum scripta sunt ut Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum[3]. Denique lexica Byzantina commemorentur[4]: Photii lexicon, cuius fons est *συναγωγὴ λέξεων χρησίμων*, et Suidae. Uterque saepe consentit, cum iisdem auctoribus usus sit[5]. Ut exemplum afferam, Harpocrationis lexicon et Photio et Suidae notum est; praeterea Suidas hausit ex Aeliano, Arriano, Athenaeo[6], Philostratis, Luciano, Babrio. Photii et Suidae lemmata Apostolius compilavit[7].

[1] cf. B. Niese, De Stephani Byzantii auctoribus, Kiliae 1873, p. 21 sqq. [2] cf. R. Reitzenstein, Geschichte der griechischen Etymologika. 1897 [3] cf. H. Heyden, Quaestiones de Aelio Dionysio et Pausania atticistis Etymologici magni fontibus. Diss. Leipzig 1885 et E. Schwabe, Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum fragmenta, Lipsiae 1890 [4] cf. Georg Wentzel, Beiträge zur Geschichte der griechischen Lexikographen. Sitz. Ber. der Berl. Akad. 1895 I 477—487 [5] cf. P. Roellig, Quae ratio inter Photii et Suidae lexicon intercedat. Diss. phil. Hal. VIII (1887) 1 sqq. [6] cf. G. Kaibel, Athenaeus und Suidas. Herm. XXII (1887) 323—335 [7] cf. E. Hiller, Photius, Suidas, Apostolius. Philol. XXXIV (1876) 226 sqq.

INDEX LIBRORUM
QUI SAEPIUS ADHIBENTUR

Abt, Adam, Die Apologie des Apuleius von Madaura und die antike Zauberei. Gießen 1908.

von Arnim, Hans, Pindars Päan für die Abderiten. Wiener Eranos zur 50. Philologenversammlung in Graz. 1909.

*Baar, Adolf, Sprichwörter und Sentenzen bei den griechischen Idyllendichtern. Progr. Görz 1887.

Barthélemy, Voyage du jeune Anacharsis en Grèce. Paris (1788).

*Bauck, Ludovicus, De proverbiis aliisque locutionibus ex usu vitae communis petitis apud Aristophanem comicum. Diss. Regimont. 1880.

Beloch, Karl Julius, Campanien. 2. Ausg. Breslau 1890.

Billeter, Gustav, Die Anschauungen vom Wesen des Griechentums. Leipzig 1911.

Blümner, Hugo, Studien zur Geschichte der Metapher im Griechischen. 1. Heft: Über Gleichnis und Metapher in der attischen Komödie. Leipzig 1891, p. 192—197: Ethnologisches.

Büchmann, Georg, Geflügelte Worte. 25. Aufl. bearb. von B. Krieger. Berlin 1912.

Bursian, Conrad, Geographie von Griechenland. 2 Bde. Leipzig 1862. 1872

Cohn, Leopold, Zu den Paroemiographen. Bresl. philol. Abhandl. II 2. 1888.

Crusius, Otto, Analecta critica ad paroemiographos Graecos. Lipsiae 1883.

* — , Epicharm und die Paroemiographen. Philol. Suppl. Bd. VI 281 sqq.

— , Untersuchungen zu den Mimiamben des Herondas. Leipzig 1892.

Curtius, Ernst, Peloponnesos. 2 Bde. Gotha 1851. 1852.

Dittenberger, Wilhelm, Ethnika und Verwandtes. Herm. XLI (1906) 161 sqq. et XLII (1907) 1 sqq.

Du Mesnil, I. A., De rebus Pharsalicis. Diss. Berol. 1860.

Eckhel, Iosephus, Doctrina numorum veterum. 8 voll. Vindobon. 1792 sqq.

Engel, W. H., Kypros. 2 Bde. Berlin 1841.

Erasmi Roterodami adagiorum chiliades. Hanoviae 1617.

Gelder, H. van, Geschichte der alten Rhodier. Haag 1900.

Geisler, Eugen, Die Sprichwörtersammlung des Gregor von Cypern. Festschrift zur Feier des hundertjährigen Bestehens des Königl. Friedrichs-Gymnasiums zu Breslau, Bresl. 1912, p. 89 sqq.

---

* Quae ad proverbiorum apud singulos scriptores usum spectant commentaria asterisco notantur.

Goettling, C. G., De soloecismo logico, rhetorico, grammatico eiusque veriloquio. Opusc. academ. ed. Kuno Fischer, Lips. 1870, p. 281 sqq.

Graux, Charles, Supplément au Corpus Paroemiographorum Graecorum. Revue de philol. Nouv. série II (1878) 224 sqq. Rec.: O. Crusius, Mus. Rhenan. XXXVIII (1883) 307.

*Grünwald, E., Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei Plato. Supplément au Programme des Cours du Collège Royal Français. Berlin 1893.

Head, Barclay V., Historia numorum. Oxford 1887 (1911²).

Hendess, Richardus, Oracula Graeca, quae apud scriptores Graecos Romanosque exstant. Halis Saxonum 1877.

Hermann, Karl Friedrich, Versuch einer urkundlichen Geschichte von Abdera. Gesamm. Abhandl. (Göttingen 1849), p. 90 sqq.

Hoeck, Karl, Kreta. 3 voll. Göttingen 1823. 1828. 1829.

*Hotop, Augustus, De Eustathii proverbiis. Diss. Lips. 1888.

*Keim, J., Sprichwörter und paroemiographische Überlieferung bei Strabo. Diss. München 1909.

Kiepert, Heinrich, Lehrbuch der alten Geographie. Berlin 1878.

*Koch, Ioannes, Quaestionum de proverbiis apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem caput I: Diss. Regimont. 1887; II: Progr. Bartenstein 1892.

*Kurtz, Eduard, Die Sprichwörter bei Eustathius von Thessalonike. Philol. Suppl. Bd. VI 307 sqq.

Krische, Aug. Bernh., De societatis a Pythagora in urbe Crotoniatarum conditae scopo politico. Gottingae 1831.

Larizza, Pietro, Rhegium Chalcidense. La Storia e la Numismatica. Rom 1905.

Lehnert, Ludovicus, De foedere Ionico disquisitiones. Diss. Berol. 1830.

*Lingenberg, Platonische Bilder und Sprichwörter. Progr. des Friedrich-Wilhelmsgymn. zu Cöln. 1872.

Lorentz, Rudolphus, Disquisitionis de veterum Tarentinorum rebus gestis specimen II. Progr. Luccaviae 1841.

Martin, Paul, Studien auf dem Gebiete des griechischen Sprichwortes. Diss. Erlangen 1889.

Meursius, Ioannes, Miscellanea Laconica. Amstelodami 1661.

— , Rhodus sive de illius insulae atque urbis rebus memoratu dignis. Amstelodami 1675.

Miller, M. E., Mélanges de littérature grecque. Paris 1868.

Müller, Carl Otfried, Aegineticorum liber. Berol. 1817.

— , Orchomenos und die Minyer. 2. Aufl. herausgeg. v. F. W. Schneidewin. Breslau 1844.

— , Die Dorier. 2. Aufl. herausgeg. von F. W. Schneidewin. Breslau 1844.

Neumann, Karl und Joseph Partsch, Physikalische Geographie von Griechenland. Breslau 1885.

Nissen, Heinrich, Italische Landeskunde. 3 Bde. Berlin 1893. 1902.

Novarinus, Al., Adagia ex sanctorum patrum ecclesiasticorumque scriptorum monumentis prompta. Lyon 1637.

Otto, August, Die historischen und geographischen Sprichwörter. Arch. für latein. Lexikogr. III (1886) 355 sqq.

Otto, August, Die Sprichwörter der Römer. Leipzig 1890.

Panofka, Th., Res Samiorum. Berol. 1822.

*Pflügl, Xaver, Die lateinischen Sprichwörter bei Plautus und Terenz. Progr. der Studienanstalt zu Straubing 1879.

Plehn, Severus Lucianus, Lesbiacorum capita priora duo. Diss. Berol. 1826.
— , Lesbiaca. Berol. 1826.

*von Prittwitz-Gaffron, Erich, Das Sprichwort im griechischen Epigramm. Gießen 1912.

*Rein, Theodor W., Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei Lucian. Diss. Tübingen 1894.

Reinganum, H., Das alte Megaris. Berol. 1825.
Rec.: Hase, Journal des Savants 1827 Janvier p. 9 sqq.

Reitzenstein, Richard, Geschichte der griechischen Etymologika. Leipzig 1897.

Rhode, Carolus, Res Lemnicae. Vratisl. 1829.

Rhys Roberts, W., The ancient Boeotians. Cambridge 1895.

*Rohdewald, L., De usu proverbiorum apud Aristophanem. Gymn. Progr. Burgsteinfurt 1857.

*Salzmann, Ernst, Die Sprichwörter bei Libanius. Diss. Tübingen 1910.

Sauppe, Hermann, De causis magnitudinis iisdem et labis Athenarum. Progr. der Zürcherischen Cantonschule 1836; Ausgew. Schriften (Berlin 1896) p. 35 sqq.

Scherling, Carolus, Quibus rebus singulorum Atticae pagorum incolae operam dederint. Diss. Lips. 1897.

Schneck, Bernhardus, Quaestiones paroemiographicae. De codice Coisliniano 177 et Eudemi quae feruntur lexicis. Diss. Vratisl. 1892.

*Schneider, Ioannes, De proverbiis Plautinis. Diss. Berol. 1878.

Steinhausen, Iosephus, *Κωμῳδούμενοι*. Diss. Bonn 1910.

Treu, M., Griechische Sprichwörter. Philol. N. F. I (1889) 195 sqq.

*Tribukait, De proverbiis vulgaribusque aliis locutionibus apud bucolicos Graecos obviis. Diss. Regimont. 1889.

Wilhelm, Adolf, Parerga. Wiener Eranos zur fünfzigsten Philologenversammlung in Graz 1909.

von Wilamowitz-Moellendorf, Ulrich, Sappho und Simonides. Untersuchungen über griechische Lyriker. Berlin 1913.

*Wunderer, Carl, Polybios-Forschungen. I. Teil: Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei Polybios. Leipzig 1898.

*von Wyss, W., Die Sprichwörter bei den römischen Komikern. Diss. Zürich 1889.

Aliae quae ad singulas res spectant commentationes suis locis afferentur.

DE GRAECIS UNIVERSIS

Antequam ad singulas Graeciae civitates nos convertamus, summatim quae illarum propria fuerint, videamus[1]. Quo facto et vitia eorum et virtutes quasi in nuce degustamus et extremas ducimus lineas imaginis, quae in singulis civitatibus tractandis hic et illic expingenda erit.

Virtus Graeca rarissime laudatur; et omnino talem laudem Graecis deesse quispiam dixerit, nisi apud Ciceronem saepius commemoraretur otium Graecum, quod ad litterarum studia spectat a Graecis praecipue exculta[2]; similiter Plato Graecos *φιλομαθεῖς* opponit Aegyptiis et Phoenicibus *φιλοχρημάτοις*[3]. Athenienses enim imprimis propter *φιλομάθειαν* clarissimos fuisse infra liquebit.

Sed iam ad finem pervenimus in enumerandis bonis Graecorum proprietatibus. Plerumque „Graeculi" a Romanis contemnebantur ut otiosi et loquaces[4], ut temerarii[5] et assentatores[6]; „ineptum sane negotium et Graeculum" Cicero vituperat[7]. Omnino vocabulum „Graeculus" sensum, quem saepe habent talia deminutiva, accepit malignum, quod cum ex Ciceronis locis laudatis tum e Plinii[8], Iuvenalis[9], Flori[10], Spartiani[11], Vulcatii[12], Macrobii[13] testimoniis cognoscitur.

In proverbii usum prorsus abiit Graecorum levitas, quam Cicero crudelitati barbarorum saepe opponit[14]. Neque solum „homo Graecus et levis"[15] a Cicerone Romano, cuius ad locos huc per-

[1] Erasm. 29. 458. 576. 577; Novarinus p. 47; Otto p. 155 sq.; Büchmann p. 438; Schneider p. 29; von Wyss p. 25; Wunderer p. 109 sq.; Rein p. 26; Billeter p. 161 sqq. [2] CIC. orat. 108; de orat. I 22, III 57, III 131 [3] PLAT. republ. 435 E [4] CIC. de orat. I 102 [5] CIC. pro Flacc. 23 [6] CIC. in Pis. 29 [7] CIC. Tusc. I 86 [8] PLIN. paneg. 13 Kukula [9] IUVEN. III 76 sqq. [10] FLOR. II 13. 24 (IV 2) Halm [11] SPARTIAN. de vit. Hadrian. 1. 5, script. hist. Aug. I 3 Peter [12] VULCAT. vit. Avid. Cass. 5 [13] MACROB. saturn. II 4. 31 [14] CIC. pro Ligar. 11; pro Flacc. 24 [15] CIC. de prov. cons. 15

tinentes spectat Lactantius in institutionibus divinis[1], sed etiam a Luciano Syro perstringitur[2], qui verbo *οἴονται* interposito se suam ipsius sententiam ferre sane negat. Neque Euripides in Iphigenia Taurica[3] ne civibus suis animi mobilitatem crimini det veretur. Livius versutias Punicas et calliditatem Graecam ut proprietates simillimas coniungit[4]; haud secus Cicero testimoniorum religionem et fidem nunquam istam nationem coluisse testatur[5]. Hieronymus duobus locis proverbio quodam utitur et latine „impostor et Graecus est“[6] et graece *ὁ Γραϊκός, ὁ ἐπιθέτης*[7]“, cuius proverbii originem Romanam etiam nominis forma *Γραϊκός* ostendit. Graeci ipsi vel potius populus Graecus formam *Γραϊκός* in Italia natam non novit[8], etiamsi viri docti ut Aristoteles[9], Alexander Aetolus[10], Callimachus[11], alii formam alienam *Γραϊκός* usurpaverunt. Sed populus et populi proverbium abhorrent a verbis alienis.

Calliditas Graeca a mercatoribus Romanis imprimis timebatur. Eximiam mercatura cum illis facienda cautionem habebat, ut apud Plautum legimus „cetera quae [nos] volumus uti Graeca mercamur fide[12].“ Quid hoc sibi velit, ex Ausonio, apud quem praeterea occurrit aliquis „mutator ad Graecam fidem[13]“, optime apparet; dicit enim

. . . Nobiscum invenies *κατ' ἐναντία,* si libet uti
Non *προῖκα,* sed Graeca fide[14].

id est: non gratis, neque omnino non nisi statim res solvitur. Simile Graecorum erat proverbium „*Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε · ὅταν πρὸς ἄπιστον συναλλάσσωμεν*“[15]. Ad eandem in negotiis infidelitatem referendum est proverbium “ad calendas Graecas“; Augustus enim teste Suetonio[16], cum aliquos numquam soluturos significare

[1] LACTANT. inst. div. III 14. 7 Brandt; cf. Franz Fessler, Benutzung der philosoph. Schriften Ciceros durch Lactanz, Leipzig 1913, p. 44 [2] LUCIAN. de merc. cond. 40 [3] EURIP. Iph. Taur. 1205 [4] LIV. XLII 47. 7 [5] CIC. pro Flacc. 9 sq. [6] HIERON. ep. 38. 5 Hilberg [7] HIERON. ep. 54. 5 [8] Dittenberger, Ethnika, Herm. XLI, (1906) 97 sqq. [9] ARISTOT. meteor. I 14 p. 352 b 2 [10] ALEX. AETOL. p. 225 Meineke (Anal. Alex.). [11] CALLIMACH. fr. 104 et 160 Schneider [12] PLAUT. Asin. 199 [13] AUSON. ep. XXVI p. 274. 24 Peiper [14] AUSON. ep. VI p. 230. 42 Peiper [15] DIOGEN. II 77 a [16] SUETON. Oct. 87

vellet, ad calendas Graecas eos soluturos esse dicebat. Calendae autem deerant in Graecorum fastis ita ut omnino illi non solverent.

Restat ut gravissimi vitii Graeci mentio fiat: luxuriae, quae Graeciam perdidit. Verba pergraecari et congraecare apud Romanos plane luxuriandi sensum habebant ut saepissime apud Plautum[1]. Festus explicat[2]: „Pergraecare est epulis et potationibus inservire. Titinnius: Hominem improbum, nunc ruri pergraecetur[3]." Vix, ut de Wyssio (p. 25) visum est, ad illam luxuriam Graecam spectat locus qui est in Plauti Mercatore, quo Pasicompsa miratur, quod amator sexaginta iam annos natus sit[4], et Lysimachus quasi ad excusandum senis amorem respondet „generis Graecist." Sed hic quoque locus potius ad levitatem Graecam referendus est.

Accuratissimam morum Graecorum secundum gentes descriptionem in scholiis ad Dionysii Thracis artem grammaticam invenimus[5]: *γινώσκειν δὲ χρὴ ὅτι τῶν Ἑλλήνων οἱ μέν εἰσι Δωριεῖς, οἱ δ' Αἰολεῖς, οἱ δ' Ἴωνες, οἱ δὲ Ἀττικοί. συμβεβηκυίας δὲ διὰ τούτων δηλοῦμεν ποιότητας. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τρόποις καὶ ἤθεσι διαφέρουσιν ἀλλήλων. δοκεῖ γὰρ τὸ Δώριον ἀνδρωδέστερόν τε εἶναι τοῖς βίοις καὶ μεγαλοπρεπὲς τοῖς φθόγγοις τῶν ὀνομάτων καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ. τὸ Ἰωνικὸν δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἀνειμένον. χαῦνοι γὰρ οἱ Ἴωνες. τὸ δὲ Ἀττικὸν εἴς τε δίαιταν καὶ φωνῆς ἐπιτέχνησιν ἀεὶ διαφέρει, τὸ δὲ Αἰολικὸν τῷ τ' αὐστηρῷ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ. διὰ τοῦτο καὶ τὴν βαρύτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλότητα τοῦ πνεύματος ἐζηλώκασι.*

[1] PLAUT. Bacch. 743. 813, Most. 22. 64. 960, Poen. 603, Trucul. 88 [2] FEST. p. 235 Lindsay [3] RIBBECK scaen. Roman. poes. fr. [2] II 186 (fr. 175) [4] PLAUT. Merc. 524 sqq. [5] SCHOL. IN DION. THRAC. ART. GRAMM. Bekk. Anecd. II 662. 19–31 et Grammat. Graec. III 117. 18–27 Hilgard

DE CIVITATIBUS ATTICIS

Quibus in universum praemissis ad Atheniensium[1] mores venimus, qui quidem proverbiis vel locutionibus popularibus aut illudantur aut laudentur.

Sed priusquam rem ipsam aggrediamur, pauca de nominibus „Athenienses" et „Attici" dicenda sunt, inter quae singularem quandam differentiam interesse non solum veteres ipsi, sed etiam nostri temporis viri docti exstare dicebant. „Atheniensis" enim vocabulum insigne esse et nobile, „Atticus" autem vulgare et cotidie usitatum Carolus O. Mueller contendit[2] Platonis testimonio usus, qui in legibus dicit: *Ὦ ξένε Ἀθηναῖε — οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ' ἂν προσαγορεύειν*[3]: consequitur sane, ut „Atheniensis" appellatio nobilior sit. Testis praeterea Dicaearchus[4] vel potius Heraclides[5]: *Τῶν δὲ ἐνοικούντων οἱ μὲν αὐτῶν Ἀττικοί, οἱ δ' Ἀθηναῖοι. οἱ μὲν Ἀττικοὶ περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βιων. οἱ δ' Ἀθηναῖοι μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες.* Haud secus apud Diogenianum legimus — ut exemplum afferam — de Atticis lucri cupidis *Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα ἀποθνήσκων*[6]. Athenienses enim nobilium priscarum gentium membra fuerunt, Attici autem plebs post Clisthenis tempora e diversis et alienigenis elementis mixta[7]. Sed totam illam Caroli Muelleri thesin comprobare non possum: dicitur etiam *Ἀττικὴ*

[1] Erasm. 26. 188. 260. 265; Novarinus p. 96; C. O. Mueller, Dorier II 67; H. Sauppe, De causis magnitudinis iisdem et labis Athenarum. Ausgew. Schrift. p. 35 sqq.; Bursian I 260; Otto Sprichw. p. 44 No. 200, 1. 2; Schneider p. 30; Bauck p. 34; Martin p. 26; von Wyss p. 21; Rein p. 26; Hotop p. 259. 288. 291; Steinhausen p. 33; Billeter p. 164 [2] C. O. Mueller, Dorier II 97 [3] PLAT. leg. I 626 D [4] FHG II 255 (fr. 59, 4); DICAEARCH. fr. p. 188 Fuhr; G. Kaibel, Strena Helbigiana p. 144; Pasquali, Herm. XLVIII (1913) 213 [5] cf. Martin, Pauly-Wissowa V 562 [6] DIOGEN. III 12 [7] cf. C. O. Mueller, Dorier II 67 et Bursian I 260

πίστις et *Ἀττικὸς μάρτυς* (de quibus infra) neque vitium vocabulum „Atticus“ hoc loco significat sed laudem. Concedendum est sine dubitatione vocabulorum „Atticus“ et „Atheniensis“ usum postea non tam severe servatum esse quam temporibus illis, quibus differentia illa re vera exstabat. Res publica popularis ut incolas pares reddiderat, ita et illorum vocabulorum significationem assimulabat, ut paulatim confunderentur.

Proverbii quasi in consuetudinem abiit locutio de Athenis litterarum artiumque patria facta. Puros putos Athenienses acres artium auditores fuisse et spectatores frequentissimos Heraclides testatur[1]. Imprimis apud Romanos sal Atticum notissimum erat. Iam apud Plautum logi occurrunt, qui dotis nomine dabuntur puellae, et praecipue laudantur ut Attici[2]: „nullum Siculum inveneris“; facetiae enim Siculae erant acerbae. — Similiter Plautus Atticam disciplinam commemorat[3], item Terentius Atticam elegantiam laudibus effert[4]. Atticorum salium praeterea mentio fit apud Ciceronem[5], ubi opponuntur „Romani veteres atque urbani sales“, qui salsiores sunt quam Atticorum. Alio loco[6] Cicero enumerat omnes civitates, quae facetiarum lepore excelluerunt: „Inveni autem ridicula et salsa multa Graecorum — nam et Siculi in eo genere et Rhodii et Byzantii et praeter ceteros Attici excelluerunt.“ De salibus lepore Attico tinctis loquitur Martialis[7], qui pro Attico lepore etiam dicit „Cecropio lepore[8].“ „Auribus Atticis probari“ id est: subtilissimis, eximia laus est[9]. Quomodo factum est ut paulatim „Athenae“ omnino pro litteris et studio dicerentur: „nunc totus Graias nostrasque habet orbis Athenas“ legimus apud Iuvenalem[10]. Similis est metonymia „Baiae“ pro aquis, quam apud Ciceronem[11] et Martialem[12] invenimus. Metonymice etiam Valerius Maximus vocabulo „Athenae“ utitur: „Quas Athenas, quam scholam, quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim[13]?“ Auribus Atticis comparandus est nasus Atticus, quem Seneca rhetor commemorat[14]. Apud Lucianum primum

[1] FHG II 255 (fr. 59,4) [2] PLAUT. Pers. 394 [3] PLAUT. Cas. 652 [4] TER. Eun. 1093 [5] CIC. ep. IX 15. 2 [6] CIC. de orat. II 217 [7] MART. III 20. 9 [8] MART. IV 23. 6 [9] MART. IV 86. 1 [10] IUVEN. XV 110 [11] CIC. Lael. 38, cf. Friedländer ad Iuven. XV 110 [12] MART. X 13. 3 [13] VAL. MAX. II 1. 10 [14] SEN. RHET. suas. I 1. 6

venustas Attica occurrit[1], sed simul laudatur etiam ironia Attica, qua Socrates uti solebat. *εἴρωνες* enim teste Luciano omnes Athenienses erant[2]. Venustas Attica praecipue in sermone cognoscitur, ita ut *τὸ Ἀττικὸν* sensum accipiat sermonis elegantis[3]. Sed proprietas quaedam illius sermonis denotanda est: multas voces Attici adspirarunt, quas reliqui Graeci cum spiritu leni efferebant ut *ἁνύειν* pro *ἀνύειν*[4], unde appellabantur *δασυνταί*[5]. Meminimus Arrii illius Catulliani[6], qui pro insidiis dicebat „hinsidiis" et „chommodis" pro „commodis" et qui mirifice se esse locutum putabat: atticissabat quasi. — Atticissat quoque sed alio modo Daedalus in Philostrati imaginibus[7], id est: speciem praebet *ὑπέρσοφον* et in philosophorum modum spectat. Philosophiae enim cultus praecipue in Attica floruit ita ut Tertullianus una cum gravitate Romana sapientiam Atticam commemoret[8]. — Restat ut brevissime scriptorum posteriorum mentionem faciamus. Apud Hieronymum venustas Attica[9], sales Attici[10], lepos Atticus[11] occurrunt; apud Apollinarem Sidonium legimus: „Romanus fuit Attico in lepore[12]." Conferantur denique duo proverbia, quae huc spectant: *Ὄνος εἰς Ἀθήνας* dicebatur *ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων καὶ πλησιαζόντων σοφοῖς*[13] et *Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας. ἐπὶ τῶν ἐπιδεικνυμένων πρὸς τοὺς εἰδότας ἅπερ ἄμεινον αὐτῶν ἴσασιν*..[14]

Neque tamen Atheniensium mores re vera semper tam clari erant quam effigies modo depicta nobis commonstrat. Metonymia illa a scriptoribus aetatis demum posterioris adhiberi solet, apud Aristophanem autem aliosque auctores Graecos plane alia legimus. Ut lucri cupidi[15], *πανοῦργοι,* fures, sycophantae[16], ut perfidi[17] et *κακοήθεις*[18] et insani[19] apud Aristophanem Athenienses perstringuntur;

[1] LUCIAN. vit. Demon. 16 [2] LUCIAN. Anach. 18 [3] PLUT. Quomodo quis suos in virtute sentiat profectus 79 D; LUCIAN. imag. 15 [4] cf. Moer. att. lex. p. 179. 245 Pierson [5] TZETZ. ad Hesiod. op. 156 et 450 [6] CATULL. 84. 2 [7] PHILOSTR. imag. I 15, vol. II 318. 2 Kayser [8] TERTULL. apol. 39 [9] HIERON. adv. Rufin. I 3 [10] ibid. III 21 [11] HIERON. ep. 57. 12 [12] APOLLIN. SIDON. carm. XXIII 100 [13] MACAR. VI 31; APP. PROV. IV 22 [14] MILLER Mél. p. 360; ZENOB. III 6; DIOGEN. III 81; LIBAN. ep. 1348 Wolf; EUST. ad Hom. Il. A 206 p. 87. 50; APOST. V 46 et 55. [15] ARISTOPH. Eccl. 185 [16] ibid. 436 sqq., 560 sq.; ARISTOPH. Acharn. 827 cum schol. [17] ARISTOPH. Ran. 274 sqq. [18] ARISTOPH. Pac. 822 sq. [19] ibid. 55

imprimis famosi erant *ἰχθυοπῶλαι*[1] nec non meretrices[2]. Sed etiam haec imago distorta est: licentia comica Aristophanes quae singulis obicienda erant, omnibus attribuit.

Speramus fore ut e proverbiis veritas eluceat vel e locutionibus, quae velut populares de Atheniensibus dicebantur. Ac primum quidem luxuria Athenienses famosos fuisse vel ex Thucydide apparet[3]: *ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν.* Apud Athenaeum[4] et apud Tertullianum[5] accurate narratur togas illos et tunicas purpureas habuisse et eorum puellas crines aureis fibulis, quibus cicadarum[6] forma erat, continuisse. Neque luxuria solum ad vestes, sed etiam ad cenas pertinebat. Usque eo luxuria in cenis solita progressa est, ut in symposiis habendis *οἰνόπται* adessent, quibus officium erat convivas admonere, ut *κατ' ἴσον* potarent: commemorantur illi ab Eupolide comico[7]. Cenae ipsae subtilissimis cibis excelluerunt, quod e Lyncei comici fragmento cognoscitur:

Μάγειρ', ὁ θύων ἐσθ' ὁ δειπνίζων τ' ἐμὲ
Ῥόδιος, ἐγὼ δ' ὁ κεκλημένος Περίνθιος.
οὐδέτερος ἡμῶν ἥδεται τοῖς Ἀττικοῖς
δείπνοις . . .[8].

Et causa, cur non gaudeant illis Atticis cenis, mox ostenditur:

ὄψιν μὲν οὖν ἔχει τὰ τοιαῦτα ποικίλην,
ἀλλ' οὐδέν ἐστι τοῦτο πρὸς τὴν γαστέρα.

Quod subtilibus Atheniensium palatis oblectamento est, famem explere non potest. Quam ob subtilitatem in Diphili quodam fragmento, quod affert Athenaeus[9], et quod erum qui cenam nuptialem facere vult, cum coquo colloquentem inducit, coquus caute

[1] ATHEN. 224 C; MEIN. III 91 (fr. 1); KOCK II 79 (fr. 166) [2] ATHEN. 583 D E [3] THUC. I 6. 3 [4] ATHEN. 512 B [5] TERTULL. de virgin. veland. 10 [6] cf. Helbig, Über die goldnen Cikaden der alten Athener. Comment. philol. in honor. Mommseni (Berol. 1877) p. 616 et SCHOL. CLEM. ALEX. paedag. II 10. 105, I vol 332. 19 Stählin. Georgius Franke, Quaest. Agathianae, Diss. Vratisl. 1914, p. 38 not. 1 permultas enumeravit commentationes de vi vocabuli *τέττιξ* scriptas [7] ATHEN. 425 A, MEIN. II 510 (fr. 7), KOCK I 314 (fr. 205), cf. ATHEN. 228 C, ubi *ὀψονόμοι* occurrunt (MEIN. III 581, fr. 2; KOCK II 445, fr. 2) [8] MEIN. IV 433 (fr.1); KOCK III 274 (fr. 1) [9] ATHEN. 132 D; MEIN. IV 381 (fr. 1); KOCK II 545 (fr. 17)

erum interrogat, an in hospitum numero sit Atheniensis; timet videlicet, ne arte culinaria ille non contentus sit. Enarravit *οὐκ ἀχαρίτως* cenam Atticam Matro *ὁ παρῳδὸς* teste Athenaeo[1]; incipit carmen illud: *δεῖπνά μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροφα καὶ μάλα πολλά* (cf. Od. *α* 1), quo Homeri Ilias et Odyssea multis versibus illuduntur.

Cum luxuria semper superbia coniuncta est et procacitas. *Τὸ Ἀττικὸν βλέπος* ut protervum in proverbii usum abiit. In Aristophanis Nubibus[2] Strepsiades filium his verbis alloquitur:

ὡς ἥδομαί σου πρῶτα τὴν χρόαν ἰδών.
νῦν μέν γ' ἰδεῖν εἶ πρῶτον ἐξαρνητικὸς
κἀντιλογικός, καὶ τοῦτο τοὐπιχώριον
ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ, τὸ „τί λέγεις σύ;" καὶ δοκεῖν
ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι καὶ κακουργοῦντ' οἶδ' ὅτι.
ἐπὶ τοῦ προσώπου τ'ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος.

Quod Blaydesius explicat „Athenienses enim prae ceteris Graecis populis urbanitate morum, ingenio, lepore excellebant", plane reiciendum mihi videtur, quoniam nulla Atticae urbanitatis ratio hoc loco habetur. Rectum autem, quod eodem loco Blaydesius affert: „*Ἀττικὸν βλέπος*, id est frons perfricta, os durum et impudens", ut loquitur Terentius[3]. Scholiasta dilucidam interpretationem praebet: *ἀντὶ τοῦ πανοῦργον τὸ βλέμμα;* Athenienses enim ob nequitiam et protervitatem famosos fuisse. Sed aliud scholion hunc locum aliter explicat: *Ἤγουν βλέμμα καὶ ἦθος, οἷον οἱ Ἀθηναῖοι ἔχουσι, δριμὺ καὶ τιτανῶδες. διαβάλλει δὲ αὐτοὺς ὡς θρασεῖς καὶ ἑτοίμους προδήλως εἰς τὸ ἀδικεῖν.* Eadem verba, quibuscum comparandum est proverbium *Θερσίτειον βλέμμα*[4], commemorantur ab Apostolio[5], qui plane perperam interpretatur: *ἐπὶ τῶν κοσμίων καὶ σοφῶν. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ὑπέρσοφον καὶ ἔννουν εἶχον τὸ βλέμμα.* Ignoravit videlicet contextum loci Aristophanei et explicavit verba ita, ut scriptores posteri de Atticis loqui solebant. Usus autem est Apostolius eisdem fere verbis ac Philostratus loco supra laudato[6]

[1] ATHEN. 134 D [2] ARISTOPH. Nub. 1176. [3] TER. Eun. 805
[4] APP. PROV. III 19 [5] APOST. IV 17 [6] PHILOSTR. imag. I 15, vol. II 318. 2 Kayser

PHILOSTR.	APOST.
αὐτὸς δὲ ὁ Δαίδαλος ἀττικίζει μὲν καὶ εἶδος ὑπέρσοφόν τι καὶ ἔννουν βλέπων.	*οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ὑπέρσοφον καὶ ἔννουν εἶχον τὸ βλέμμα.*

Arsenius recte dicit: *ὁ δέ γε Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις ἐπὶ τῶν ἀναιδῶν ἐκλαμβάνει τὸ Ἀττικὸν βλέπος σωφρονίζων τοὺς Ἀθηναίους ἀσχημονοῦντας τὸ τότε*[1].

Quae cum ita sint, non mirum est quod Lucianus in rhetorum praeceptis etiam admonet, ut orator *μέλος ἀναίσχυντον* habeat[2]. Aristophanes Athenas ideo *Κεχηναίων* urbem appellat[3], et apud Platonem Athenienses loquaces Lacedaemoniis breviloquentibus opponuntur[4]; conferantur quae Ps. Dionysius Halicarnaseus memoriae tradidit: *Ἕλλην Ἀθηναῖος. τορός, λάλος, σοφός*[5]. Apud Apollinarem Sidonium verba „Athenis loquacior" summam garrulitatem significant[6]. Similia invenimus de Atheniensium loquacitate in proverbiis et libris popularibus medii aevi: „Die Athener hetten Demosthenem vnd vil gelerter berhůmpter leut, da leret iedermann wol reden vnd schwetzen, wenig ehr ward ader da mit der that eingelegt; die Lacedåmonier dargegen waren gewont gar wenig wort, aber vil mit der that zu beweisenn.[7]"

Talis erat *μεγαλοψύχων*[8] Atheniensium *χαρακτὴρ τῶν ῥημάτων*, de quo Aristophanes loquitur in Pace[9]. Quantum detrimentum respublica ceperit e contionibus plebis loquacibus magis quam sagacibus, in quibus Cleones maxime valebant, quis est qui nesciat? Aristophanes permultis locis hanc Atheniensium *δυσβουλίαν* castigat, sive epitheto quodam brevi quidem, sed vero (*ταχυβούλους* Athenienses vocat in Acharnensibus[10]) sive comparationibus acerbis et acerrimis. Comparat, ut exemplum afferam, in Ecclesiazusis contionis plebiscita cum ebriorum consiliis[11] et in Vespis contionem ipsam cum pecudum contione[12]. Ad *δυσβουλίαν* spectat etiam illud Aristophanis[13], quo interrogat aliquis: *„πῶς οὖν ξυνοίσει ταῦτ᾽ . . . τῇ*

[1] ARSEN. p. 82 Walz [2] LUCIAN. rhet. praec. 15 [3] ARISTOPH. Equ. 1262 [4] PLAT. leg. 641 E [5] PS. DION. HAL. rhet. XI 4 [6] SIDON. APOLL. ep. VIII 6 [7] Franck, Sprichwörter 2,45 b, cf. Lalebuch p. 9 von Bahder [8] DEM. XX (c. Lept.) 142; LIBAN. hyp. Dem. vol. VIII 635. 7 Foerster [9] ARISTOPH. Pac. 220 [10] ARISTOPH. Acharn. 630 cum schol. [11] ARISTOPH. Eccl. 137 [12] ARISTOPH. Vesp. 32 cum schol. [13] ARISTOPH. Pac. 688.

πόλει"; et alius solacium illi praebens respondet: *„εὐβουλότεροι γενησόμεθα"*. Verbis *„πῶς ταῦτ' ὦνερ διαπράττεσθ' ὧδ' ἀνοήτως"*; in Lysistrata a femina vir e contione rediens salutatur[1]: nam plebiscita celeriter capta celeriter antiquabantur[2] in contionibus illis *κακοβούλοις*[3]. — Commemorentur denique duo Aristophanis loci simillimi

NUB. 587	ECCLES. 473
φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι, ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ' ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.	*λόγος γέ τοί τίς ἐστι τῶν γεραιτέρων, ἀνόηθ' ὅσ' ἂν καὶ μῶρα βουλευσώμεθα, ἅπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν.*

Nub. 587 poeta simpliciter dicit *φασί*, Eccles. 473 proverbium illud *λόγον τῶν γεραιτέρων* fuisse contendit. Subtilis Lehrsii est interpretatio, quam dedit teste Bauckio[4] in scholis habitis: „nam cum comoedia *Νεφέλαι* inscripta ante belli Peloponnesiaci exitum, comoedia vero cui nomen *'Εκκλησιάζουσαι* est, postea acta esset, Aristophanem oppressum summa Atheniensium clade iam desiisse fortunae Atheniensium confidere." Quam ob rem eum illud *φασὶ* mutavisse in *λόγος τῶν γεραιτέρων ἐστίν;* id est: „olim Athenienses tanta felicitate utebantur." — De origine illius proverbii narrant scholiastae ad Aristophanis locos laudatos haec: Neptunum, cum de Attica cum Minerva certavisset, *δυσβουλίαν* Atheniensibus dedisse iratum, quod victus esset; Minervam autem, Athenarum deam tutelarem, hanc Atheniensibus sortem leviorem reddidisse eisque promisisse omnia, quae male essent constituta, bene eventura esse. Etiam Eupolidis locus huc referendus est[5], quo poeta de Atheniensium in rebus gerendis felicitate, quam non meruerint, loquitur:

ὦ πόλις, πόλις
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

„ἦν τοῦτο λεγόμενον ἐπιχώριον" teste scholiasta ad Aristophanis Nubes 587. — Fortasse ad Atheniensium illam inconsultam

[1] ARISTOPH. Lys. 517 [2] ARISTOPH. Eccl. 797 [3] ARISTOPH. Equ. 1055 [4] Bauck p. 34 [5] SCHOL. ARISTOPH. Nub. 587, MEIN. II 510 (fr. 7), KOCK I 314 (fr. 205)

temeritatem spectant Demosthenis[1] quoque verba: *εἰ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα.* Neque tamen necesse est verba ad hoc proverbium referre; erat enim sententia vulgaris *τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία*[2], cuius Demosthenes rationem habuisse potest. — Denique proverbium *Ἀθηναίων δυσβουλία* commemoratur apud Suidam[3], ubi explicatur verbis: *ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδας καὶ ἀναξίως, εὐτυχούντων*, et in corporis Gottingensis mantissa proverbiorum[4].

Restat ut Cratini locum tractemus, qui interpretibus difficultates praebuit magnas:

Ἐτήσιοι γὰρ πρόσιτ' ἀεὶ πρὸς τὴν τέχνην.

Quamnam artem dicat, ignorat Meinekius[5] cum Bergkio[6], qui dubitanter ad artem canendi verba refert. Theodorus Kock[7] versum significare contendit „quotannis acceditis ad artem . . . at significat sine dubio artem scaenicam, qua, quoniam Lenaeis tantummodo et Dionysiis fabulae agebantur, post annua demum intervalla Athenienses fruebantur ea ipsa re . . . " Photius, qui Cratini locum servavit[8], interpretatur *ἐτήσιοι* verbo *πρόσκαιροι*, neque habeo, cur hanc interpretationem derelinquens Kockianam amplectar. Primum enim, cum bis quotannis ludi scaenici instituantur, intervalla ludorum annua esse non possunt. Deinde locus Aristophanis ab interpretibus adhuc neglectus conferatur, qui totam difficultatem solvit; dicit enim ille in Equitibus

ὑμᾶς τε πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας[9].

ἐπέτειοι vero significat cum „annuos" tum „annum obdurantes": cum *ἐπετείους* Athenienses vocat, poeta dicit eorum sententias unum annum obdurare, id est: celerrime mutari[10]. Formam autem *ἐτήσιος* idem significare atque *ἐπετήσιος* multis locis probatur; *ἐπετήσιος* denique idem est atque *ἐπέτειος*, ita ut *ἐτήσιος* idem sit atque *ἐπέτειος* et versus significet: „saepe sententias mutatis.

[1] DEMOSTH. Phil. I 15, cf. THUCYD. I 84. 3 [2] Otto Sprichw. p. 143 No. 7, CHAEREMON. fr. 2 p. 789 Nauck, MENANDR. monost. 725 [3] SUID. s. v. *Ἀθηναίων δυσβουλία* [4] MANT. PROV. I 3 [5] MEIN. II 35 (fr. 6) [6] Th. Bergk com. att. rell. p. 45 [7] KOCK I 20 (fr. 23) [8] PHOT. s. v. *ἐτήσιοι* [9] ARISTOPH. Equ. 518 [10] SCHOL. AD ARIST. Equ. 518

quibus artem vestram factitatis.“ Neque est ars scaenica, sed quaelibet ars, sicut nos dicimus: „Du verstehst dein Handwerk.“ Similiter Herodotus: „*Σταθέντα δὲ ἐς μέσον εἰρώτα ὁ Δαρεῖος τὴν τέχνην εἰ ἐπίσταιτο*[1].“ — Hanc interpretationem rectam esse vel ex Photii explicatione apparet; significat enim *πρόσκαιροι* non s g us atque *ἐτήσιοι* et *ἐπέτειοι* mobiles et non constantes.

Accedit ad hanc *δυσβουλίαν* et mobilitatem animi etiam tarditas in rebus gerendis; cunctatores Athenienses iam apud Thucydidem vocantur[2], qui *τὸ βραδὺ καὶ μέλλον* eis crimini dat, quod maxime vituperandum sit[3]. Aristophanes in Lysistrata feminas Atticas illudit versibus:

ἀλλ' ὦ μέλ' ὄψει τοι σφόδρ' αὐτὰς 'Αττικάς,
ἅπαντα δρώσας τοῦ δέοντος ὕστερον[4].

Neque solum ad feminas Atheniensium haec verba spectant, sed ad ipsorum Atheniensium proprietatem; non quod „mulier natast ex ipsa mora“ — ut verbis Plautinis utar[5] —, poeta talem in modum loquitur, sed quia omnino Athenienses ob tarditatem noti erant, „*ὡς τῶν Ἀθηναίων ἀεὶ μελλόντων*“ teste scholiasta. Apud Libanium Athenienses ut *μελληταί* denotantur[6]. Etiam Suidas Aristophanis versus affert cum simili interpretatione[7].

Ostendisse ergo videmus rem publicam Atheniensium omnia civitatis vitia, in qua populi potestas summa est, neque difficile est ex oratoribus Atticis testimonia adhibere: *ῥαθυμία, κακία, ἄνοια, ταραχή, πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμία* uno Isocratis loco vituperatur[8]; *ἀμέλειαν* et *ῥαθυμίαν* Demosthenes eis obicit[9]). Tamen species simulatur *καλοκαγαθίας*, ubi necessarium est: ubi sunt, qui spectant. Hic est sensus proverbii '*Αττικὸς εἰς λιμένα*'[10]: *ἀπὸ τῶν ἐν λιμένι ἐρεσσόντων, ἔξω δὲ ῥαθυμούντων*, quod legimus apud Diogenianum[11]. Athenienses enim, si in portum navigantes a civibus e terra spectabantur, omnibus viribus utebantur, ut illis, qui navem appropinquantem viderent, quid valerent, ostenderent. Si non videbantur, operae pretium eis non erat

[1] HEROD. III 130 [2] THUC. I 70 [3] THUC. I 84 [4] ARISTOPH. Lys. 75 [5] PLAUT. Mil. 1292, cf. TER. Heautont. 240; Schneider p. 15 sq. [6] LIBAN. decl. XV, vol. VI 132. 16 Foerster, cf. Herm. IX 58 [7] SUID. s. v. *'Αττικάς* [8] ISOCR. Areopag. 76 [9] DEMOSTH. Phil. I 11 cum schol. [10] DIOGEN. I 66 [11] DIOGEN. IV 79

laboribus fungi. Praeter Diogenianum Zenobius proverbii mentionem facit[1] et Hesychius[2], qui Aristophanem quoque in Babyloniis illis verbis usum esse testatur[3]. Photius verba *ἐς τὸν λιμένα* dicta esse contendit *κατὰ τὸ ἐλλιπές*[4]. Deesse enim verbum *ἰσχυρὸς* post *λιμένα*. Neque tamen ad *ἰσχυρότητα* verba spectant, sed ad speciem falsam; non solum ergo superfluum videtur vocabulum *ἰσχυρός*, sed etiam falsum. Sed recta, quae Photius praeterea dicit: *ὅταν γὰρ ὁρῶνται ἀπὸ τῆς πόλεως, σφοδρότερον ἐρέσσουσιν*. Macarius[5] et Apostolius[6] proverbium commemorant, sed nihil novi praebent.

Atticos lucri cupidos fuisse e proverbio cognoscitur *Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα ἀποθνήσκων*. Diogenianus, qui verba memoriae tradidit[7], *ἐπὶ τῶν φιλαργύρων* ea dicta esse contendit. Neque silentio praetereundum est Aristophanis fragmentum valde corruptum[8]

A. *ὅτου δοκεῖ σοι δεῖν μάλιστα τῇ πόλει.*

B. *ἐμοὶ μὲν* † *ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι* †. *οὐκ ἀκήκοας;*

Verba *ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι* non recte tradita esse et metrum et sensus docent. Qua de causa coniecit Bergkius *αἴνειν μολγόν*: Porsonus delevit *εἶναι*: Herwerdenus scripsit *εἶναί μολγόν* pro *ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι*, quae mihi coniectura maxime placet, quia sensum optimum exsistere nemo negabit: urbem sacculum esse vult B, ut pro lucri cupiditate sua civitas omnia devoret. Ad comprobandam Herwerdeni coniecturam affero Pollucis testimonium[9]: *καὶ Ἀριστοφάνης δὲ χρησμόν τινα παίζει*

μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖτ', ἂν μολγοὶ ἔσονται

(*Μή μοι Ἀθηναίους αἴνειν, τοὶ μολγοὶ ἔσονται* Meinekius[10]) *τὸ ἄπληστον αὐτῶν ὑπαινιττόμενος*. Ad eandem Atheniensium proprietatem spectat Pollux: ad illam lucri cupiditatem.

Restat quae commemoretur Atheniensium litigandi cupido, quam

[1] ZENOB. II 10; MILLER Mél. p. 360 [2] HESYCH. s. v. *ἐς τὸν λιμένα* [3] ARISTOPH. fr. 85 Geld.-Hall [4] PHOT. s. v. *ἐς τὸν λιμένα* [5] MACAR. II 55 [6] APOST. IV 20 et VI 70 d [7] DIOGEN. III 12, cf. APOST. IV 27 et ARSEN. p. 83 Walz [8] ARISTOPH. fr. 101 Geld.-Hall, cf. SCHOL. AD ARISTOPH. Equ. 963. [9] POLL. X 187 Dindorf. MEINEKE CGF II 988 [10] MEINEKE CGF II 2. 1066, 4

Aristophanes Vespis irridet. Quam ad illustrandam illud Eupolidis fragmentum adhibeatur

Ἀθηναίων εἰ βούλεταί τις ἐγγράφειν[1],

quod servavit Georgius Choeroboscus in commentario ad Hephaestionis enchiridium[2]. Lucianus, qui in Icaromenippo[3] Aegyptiorum, Phoeniciorum, Ciliciorum, Laconum, Atheniensium proprietates enumerat, de Atheniensibus dicit: *καὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐδικάζετο.* Similiter Libanius Athenienses *πρὸς κατηγορίαν ὀξυρρόπους* vocat[4].

Pauca de proverbiis *Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια* et *Ἀττικὸς πάροικος* dicenda sunt. *Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια* ad mysteria spectat clam celebrata: *ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς συλλεγομένων καὶ πραττόντων τι ἀπόρρητον. Κρύφα γὰρ κἀκεῖνα ἐτέλουν*[5]. Proverbium autem *Ἀττικὸς πάροικος* magis ad res ab Atheniensibus gestas referendum est quam ad eorum mores. Vicinos enim, cum Atticam occupavissent, Athenienses expulerunt testibus Aristotele[6] et Duride historico; Craterus proverbium de colonis Samum in insulam missis dictum esse contendit[7].

Sed satis haec de Atheniensium nequitia. Finem in depingendis eorum moribus faciamus Attica fide. Iam apud Graecos nota fuit, quod ex Isocratis testimonio patet: *καὶ φιλίας εὑρεῖν πιστοτάτας . . . μάλιστα παρ' ἡμῖν ἔστιν*[8]. Item Velleius Paterculus Atticam fidem commemorat: „adeo enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, ut semper et in omni re quidquid sincera fide gereretur, id Romani Attica fieri praedicarent“[9]. In Graecorum proverbio *Ἀττικὴ πίστις* dicebatur teste Diogeniano[10] *ἐπὶ τῶν πιθανῶν καὶ πιστῶν καὶ εὐόρκων*, vel de iis qui fidem inviolatam servant, *ἐπὶ τῶν βεβαίαν φυλαττόντων πίστιν*, testibus Suida et Macario[11]. Simillimus est sensus proverbii *Ἀττικὸς*

[1] KOCK I 266 (fr. 35) [2] STUDEMUND, Anecd. var. I 44, cf. Hephaest. ed. Consbruch p. 144 [3] LUCIAN. Icaromen. 16 [4] LIBAN. decl. XV, vol. VI 132. 16 Foerster, cf. Herm. IX 58 [5] DIOGEN. I 51, II 38; ZENOB. II 26; PLUT. I 50 [6] ARISTOT. rhet. II 21 p. 1395 a 18 [7] ZENOB. II 28, cf. PLUT. I 59 et MILLERI Mél. p. 373 [8] ISOCR. paneg. 45 [9] VELL. PATERC. II 23. 4. cf. F. Skutsch, Ein Prolog des Diphilus und eine Komoedie des Plautus. Mus. Rhenan. LV (1900) 280 [10] DIOGEN. II 80, cf. APOST. IV 25 et ARSEN. p. 83 Walz [11] SUID. s. v. *Ἀττικὴ πίστις*; MACAR. II 60

μάρτυς: ἐπὶ τοῦ πιστοτάτου καὶ ἀληθεστάτου, quam explicationem praebet Diogenianus[1]. Denique ut omnia breviter comprehendamus, quae supra de Atheniensium moribus dicta sunt, locum quendam adhibeamus, qui summatim eorum *ἦθος* ostendit. Plutarchus enim in rei publicae gerendae praeceptis[2] haec dicit: *οἷον ὁ Ἀθηναίων* (sc. *δῆμος*) *εὐκίνητός ἐστι πρὸς ὀργήν, εὐμετάθετος πρὸς ἔλεον*[3], *μᾶλλον ὀξέως ὑπονοεῖν ἢ διδάσκεσθαι καθ' ἡσυχίαν βουλόμενος· ὥσπερ τῶν ἀνδρῶν τοῖς ἀδόξοις καὶ ταπεινοῖς βοηθεῖν προθυμότερος, οὕτω τῶν λόγων τοὺς παιγνιώδεις καὶ γελοίους ἀσπάζεται καὶ προτιμᾷ. τοῖς μὲν ἐπαινοῦσιν αὐτὸν μάλιστα χαίρει, τοῖς δὲ σκώπτουσιν ἥκιστα δυσχεραίνει· φοβερός ἐστιν ἄχρι τῶν ἀρχόντων, εἶτα φιλάνθρωπος ἄχρι τῶν πολεμίων.*

Relicta urbe per pagos Atticos peregrinemur, e quibus permulti morum proprietatibus famosi erant.

Acharnenses[4] urbanitate carentes saepe perstringuntur. Aristophanes[5] duros eos esse dicit et iligneos, robustos, validos, qua de causa in Acharnensibus Musa vocatur *Ἀχαρνική*[6]. Lysistrata, cum contione feminarum convocata feminas Acharnenses tarde venientes vituperat[7], queritur, quod quas primas esse putavit, extremae veniant, quem ad locum scholiasta adnotat: *εἰκότως, ἐπεὶ πολεμικοὶ οἱ Ἀχαρνεῖς*. Pindarus Acharnenses laudat ut *παλαίφατον εὐάνορας*[8], Lucianus autem Acharnensem commemorat *ἀγένειον, ἀγροῖκον*, qui *πονηρὸν ἀποπνεῖ*[9], cuius a consuetudine vel meretrix abhorret. De duris Acharnensibus Seneca quoque loquitur[10]; in Etymologico Magno[11], apud Photium[12], in lexico rhetorico Cantabrigiensi[13] Acharnenses ut *ἄγριοι* denotantur.

[1] DIOGEN. III 11; DIOGEN. VIND. I 86, cf. MACAR. II 61 et APOST. IV 26 [2] PLUT. praec. ger. reipubl. 799 C [3] de clementia Atheniensium cf. DEMOSTH. XXIV (c. Timocr.) 171; LIBAN. decl. XIV, vol. VI 132. 16 (vide Herm. IX 58) et hyp. Dem. vol. VIII 630. 7 Foerster [4] Pauly-Wissowa I 210; Steinhausen p. 33; Neumann-Partsch p. 359; Kiepert p. 281; Bursian I 334; Roß, Demen p. 114 et Paul.-Wiss V 47 no. 29 [5] ARISTOPH. Acharn. 180 sqq. [6] ARISTOPH. Acharn. 665 [7] ARISTOPH. Lys. 62 [8] PIND. Nem. II 25 [9] LUCIAN. dial. mer. VII 3 [10] SENEC. Phaedr. 21 [11] ET. M. 738. 44 s. v. *Σφήττιοι* [12] PHOT s. v. *Σφήττιοι* [13] LEX. VINDOB. p. 385. 5 Nauck

E comoedia aliqua origo vocabuli *Δρυαχαρνεῦ* deducenda erit, quod Hesychius[1] et Etymologicum Magnum[2] et Etymologicum codicis Parisini 2669 a Cramero editum[3] explicant verbis *Δρύϊνε Ἀχαρνεῦ, ἀναίσθητε. ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί.* (sic Et. M.; Hesych.: *δρύϊνε Ἀχαρνεῦ καὶ ἀναίσθητε. δοκοῦσι γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς σκληροὶ τὴν γνώμην εἶναι καὶ ἄτεγκτοι.*) — Hodie Acharnensium hereditatem adierunt teste Milchhoefero[4] incolae vici Chassiae, qui mores Acharnensium servaverunt. Carbonarii Acharnenses[5] saepe Athenis videbantur; eorum asini in proverbio *Ἀχαρνικοὶ ὄνοι* occurrunt[6].

Aexonensium[7] maledicentia famosa erat. Iam apud Aristophanem in Vespis illudi videntur[8] in ridiculo illo canis Cydathenai cum Labete Aexonensi iudicio, qui caseum Siciliensem edit; non casu reus est Aexonensis. Sed locus ille cum ad maledicentiam tum omnino ad turpitudinem referri potest; ad solam autem rixarum cupidinem locus Platonis spectat: *οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτα ἔχων εἰπεῖν, ἵνα μή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι*[9]: Laches resistere desinit, ne Aexonensis esse videatur. In Menandri *Κανηφόρῳ* verba leguntur, quae famam illam Aexonensem denuo comprobent: *Γραῦς τις κακολόγος ἐκ δυοῖν Αἰξωνέοιν*[10]. Recte versum ab Harpocratione servatum[11] ad canephorum rettulit Bergkius[12]: „mulierem illam maledicentissimam dicit non infacete ex patre atque ex matre Aexonensibus ortam esse", sicut cives Athenienses iure Attico ei demum erant, qui ex duobus Atheniensibus prognati erant[13]. In libro illo, quem scripsit Suetonius graece *περὶ βλασφημιῶν*, cuius fragmenta edidit Miller[14], verbum *αἰξωνεύεσθαι* significat *τὸ κακολογεῖν*. Aexonensium ut hominum *βλασφήμων* et verbi *αἰξωνεύεσθαι* mentio saepissime fit apud lexicographos:

1 HESYCH. s. v. *Δρυαχαρνεῦ* 2 ET. M. 288. 15 s. v. *Δρυαχαρνεῦ* 3 CRAMERI ANECD. PAR. IV 128. 33 s. v. *Δρυαχαρνεῖς* 4 Pauly-Wiss. I 210 5 Scherling p. 43 sqq. 6 DIOGEN. I 1; HESYCH. s. v. *Ἀχαρνικοὶ ὄνοι*, cf. Scherling p. 27 not. 1 7 Pauly-Wiss. I 1131; Lingenberg p. 16; Grünwald p. 8; Hotop p. 253; Bursian I 360; Steinhausen p. 33 8 ARISTOPH. Vesp. 894 sq. 9 PLAT. Lach. 197 C 10 MEIN. IV 144 (fr. 5); KOCK III 74 (fr. 256) 11 HARPOCRAT. s. v. *Αἰξωνῆσιν* 12 Bergk, rell. com. Att. p. 84 not. 13 KOCK III 74 (fr. 256) 14 MILLER Mél. p. 425

apud Harpocrationem[1], apud Stephanum Byzantium[2], qui sycophantas praeterea eos fuisse dicit, apud Hesychium[3], apud Suidam, ubi verbum *αἰξωνεία* pro *βλασφημία* affertur[4], in Etymologico Magno[5] Florentino[6], denique Gudiano[7]. Neque deest vocabulum in lexico illo, quod *συναγωγὴ λέξεων χρησίμων* vocatur[8], apud Eustathium[9], apud Zonaram[10]. — Apostolius[11] proverbium affert *Αἰξωνιεὺς* (vel potius *Αἰξωνεὺς*) *ἄλλος* (= Aexonensis alter), cuius explicatio hausta est ex lexicographis, unde ipsa verba sumpta sunt.

De Diomeis[12] nihil traditum est nisi *Διομειαλαζόνας*, quo Aristophanes utitur[13], ex quo Bursianus eos ut homines gloriabundos infames fuisse effecit.

Παλληνικὸν βλέπειν[14], quae locutio cum verbis *Λήμνιον βλέπειν* comparanda est (de qua infra), teste scholiasta ad Aristophanis Acharnenses de pugna quadam Pisistrati tyranni cum Atheniensibus apud Pallenam Atticae vicum facta sumptum est, ubi Athenienses eximia quadam fortitudine pugnaverant[15]. „Pallenium" igitur tueri significare „exasperato erga hostes esse animo" Suidas narrat[16]. Ad Pallenam autem Thraciçam Eustathius proverbium refert[17]. Falsa est opinio montem fuisse quendam vulcanium Pallenae et inde proverbium dictum esse, quam sententiam oppugnavit Iosephus Partsch, qui similiter in proverbio *Λήμνιον βλέπειν* interpretando montem vulcanium in insula Lemno omnino non fuisse ostendit.

Potamii[18] in numero eorum pagorum Atticorum collocandi sunt,

[1] HARPOCRAT. s. v. *Αἰξωνῆσιν* [2] STEPH. BYZ. s. v. *Αἰξώνεια* [3] HESYCH. s. v. *αἰξωνεύεσθαι* [4] SUID. s. ead. v. et s. v. *Αἰξωνεύς. Αἰξωνεία. Αἰξωνῆς* [5] ET. M. 36. 57 s. v. *αἰξωνεύεσθαι* [6] MILLER Mél. p. 15 [7] ET. GUD. p. 20. 20 Sturz, p. 51. 1 Stefani s. v. *αἰξωνεύεσθαι* [8] ANECD. BEKK. I 353. 31; ANECD. BACHMANN. I 41. 27 s. v. *αἰξωνεύεσθαι*; ANECD. BEKK. I 358. 23 s. v. *Αἰξωνῆσιν* [9] EUST. ad Hom. Il. I 129 p. 741. 26, cf. Pausan. att. fr. p. 56 Schwabe [10] ZONAR. s. v. *Αἰξωνεύς* [11] APOST. I 67, cf. ARSEN. p. 28 Walz [12] Bursian I 275 not. 2; STEPH. BYZ. s. v. *Διόμεια*; HESYCH. s. v. *Διομεῖς*; ET. M. 277. 21 s. v. *Δίομος* [13] ARISTOPH. Acharn. 605 [14] Erasm. 66; Kiepert 317; Neumann-Partsch 313; Kurtz 317 [15] SCHOL. ARISTOPH. Acharn. 233 [16] SUID. s. v. *Παλληνικὸν βλέπειν*, cf. HARPOCRAT. s. v. *Παλληνεύς* [17] EUST. ad Hom. Il. I 107 p. 1618. 44 [18] Ross, Demen p. 9; Bursian I 352; STRAB. IX 398 C; PAUSAN. I 31. 3 et VII 1. 5; PLIN. nat. hist. IV 7. 24

qui a comicis irridebantur: *ἐκωμῳδοῦντο . . . ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμοις* teste Harpocratione[1]. Sed lectio *παρεγγράπτους* incertissima est, cum alii auctores aliud hoc loco praebeant. Photius habet *ἐγγράφους*[2], ubi Naber coniecit *τοὺς παρεγγράπτους νόμους* et Meinekius *τοὺς παραγράφους νόμους* vel *παραγράπτους νόμους*[3]. Similiter in Etymologico Magno *τοὺς παρεγγράφους*[4] et *τοὺς ἐγγράφους νόμους*[5], quod Sylburgius correxit in *τοὺς παρεγγράφους ξένους*. Praeterea in lexico rhetorico Cantabrigiensi legitur: *τοὺς ἀγράφους νόμους*[6]. Meinekium sequor.

Prospaltii[7] ut *δικαστικοὶ* in proverbium abierunt[8]. Eupolis fabulam composuit, cui nomen erat *Προσπάλτιοι*[9]: fortasse in illa Prospaltiorum vitium perstrinxit.

Apud Suidam[10] et in sylloga proverbiorum codicis Parisini 676 teste Leopoldo Cohn[11] exstat proverbium de Rhamnusiis dictum: *Ῥαμνούσιος · ἐπὶ τῶν σοφῶν καὶ ἐλογίμων* (l. *ἐλλογίμων*) *· ῥάμνος* (l. *Ῥαμνοῦς*) *γὰρ δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ* (corr. *ᾧ*) *καὶ Ἀντιφῶν ἤκμασε κατὰ ῥητορικήν · ὃν πολλοὶ μιμεῖσθαι θέλοντες παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ · ὥστε τοὺς καλοὺς Ῥαμνουσίους καλεῖν.*

Sphettii[12] ut *ὀξεῖς* ab Aristophane perstringuntur, qui *ὄξος Σφήττιον* commemorat[13] et Chaerephontem quendam Sphettium vituperat[14]. Lexicographi et paroemiographi has Aristophanis criminationes et ipsi memoriae tradiderunt[15].

---

[1] HARPOCRAT. s. v. *Πόταμος* [2] PHOT. s. v. *Σφήττιοι* [3] MEIN. FCG I 234 [4] ET. M. 288.15 s. v. *Δρυαχαρνεῦ* [5] ET. M. 738. 46 s. v. *Σφήττιοι* [6] LEX. RHET. CANTABRIG. in Lex. Vindob. p. 358. 5 Nauck [7] Bursian I 34; C. O. Mueller, Orchomenos p. 24 [8] ET. M. 288. 15 s. v. *Δρυαχαρνεῦ*, cf. Ael. Dionys. et Pausan. att. fr. p. 56 Schwabe et MILLER Mél. p. 93 [9] MEIN. II 1. 521 sqq.; KOCK I 323 sqq. [10] SUID. s. v. *Ῥάμνος* [11] L. Cohn, Zu den Paroemiogr. p. 80 [12] Bursian I 346; Kurtz p. 319 [13] ARISTOPH. Plut. 720 [14] ARISTOPH. Nub. 157 [15] ATHEN. 67 C; HESYCH. s. v. *Σφήττιοι*: id. s. v. *ὄξος Σφήττ[ε]ιον; PHOT.* s v. *Σφήττιοι;* ET. M. 738. 44 s. ead. v.; LEX. RHET. CANTABRIG. in lex. Vindob. p. 358.5 Nauck s. ead. v.; EUST. ad Hom. Il. I 129 p. 741. 26, cf. Ael. Dion. et Pausan. att. fr. p. 56 Schwabe; MACAR. VII 93; APP. PROV. IV 29

Sypalettii teste Hesychio[1] ut *κακοῦργοι* famosi erant: *δικαστικοὶ* autem erant Thymoetadae[2]. *Τιτακίδαι* denique *δι' εὐτέλειαν* perstringebantur[3].

Atticae pago Tithranti[4] *πονηρία* crimini datur. Scholiasta enim ad Aristophanis Ranas[5] poetae verba *διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι*[6] ad *δῆμον τῆς Ἀττικῆς κακοπράγμονα* referenda esse dicit. Blaydesius hoc ex loco mulieres Tithrasias procaces, impudicas, infames fuisse suspicatur et fortasse recte: intelleguntur enim hic duae copae, quas mox poeta in scaenam mittit. Conferatur Hesychii glossa: *Τιθράσια· χαλεπά, τραχέα*[7]. Tithrasus vero praeterea locus Libyae erat, in quo teste Suida Gorgones morabantur[8]. Ambigua ergo sunt verba illa Aristophanea. Verisimillimum vero est poetam locutionem de Libya dictam facete ad pagum Atticum rettulisse.

Ex Attica transgredimur ad Aeginam[9] insulam. Ob mercaturam insignis erat, quae divites reddiderat incolas, sed etiam luxuriae viam patefecerat. Olim erant Aeginetae boni, deinde delicate et molliter vivebant; qua de causa dictum proverbium: *Τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγινα τρέφει· ἐπὶ τῶν τὰ πρῶτα καὶ ἐν ἀρχῇ κοσμίων, μετὰ δὲ ταῦτα ἀσελγαινόντων*[10]. Lexicographi proverbium accuratius explicantes optimam prolem primum Aeginae educatam esse narrant, adulta autem aetate Aeginetas in deterius mutatos esse; proverbium sumptum esse ab Achille, Patroclo, Neoptolemo[11].

---

[1] HESYCH. s. v. *Συπαληττίους* et *Συπαλήττ[ε]ιος* [2] Bursian I 271; Ross p. 120; cf. HESYCH. s. v. *Θυμοιτάδης* (sic) et Pausan. att. fr. p. 56 Schwabe; ET. M. 288. 15 s. v. *Δρυαχαρνεῦ* [3] ET. M. 760. 31 s. v. *Τιτακίδαι* [4] Ross p. 136 [5] SCHOL. ARISTOPH. Ran. 477 [6] Scherling p. 34. [7] HESYCH. s. v. *Τιθράσια* [8] SUID. s. v. *Γοργόνες Τιθράσιαι* [9] Erasm. 393; C. O. Mueller, Aeginet. p. 74 sqq.; Kiepert p. 276; Bursian II 77 sqq.; Hotop p. 269. 282 sq.; Kurz p. 308. 139 [10] [PLUT.] prov. Alex. II 6, ubi legitur *τὰ πρῶτα ἀρίστους παῖδας* * * *ἐγείνατο;* sed verba corrigenda videntur e DIOGEN. VIII 38, cuius lectionem supra in textu attulimus [11] PHOT. s. v. *τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγινα τρέφει;* SUID. s. ead. v.; EUST. ad. Hom. Od. λ 505 p. 1695. 52 et de emendand. vit. monach., opusc. p. 257. 71 Tafel

Periculosum erat cum Aeginetis callidis mercaturam facere. Decipi non facile poterant, sed ipsi decipiebant tam ingeniose, ut Cretensibus ipsis, hominibus illis mendacissimis, pares esse viderentur. Quam ob rem in proverbium abiit locutio *Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην*, de eis qui in homines pessimos pessime se gerebant, quae verba legimus in Milleri codice Athoo[1] et apud Diogenianum[2].

[1] MILLER Mél. p. 379 [2] DIOGEN. V 92, cf. MACAR. V 28 et APOST. X 6, vide C. O. Müller, Aeginet. p. 77

DE MEGARENSIBUS ET CORINTHIIS

Atticis finitimi erant Megarenses[1], qui a vicinis imprimis contemnebantur. Demosthenes eos *τοὺς καταράτους Μεγαρέας* vocat[2] et *ἀνελευθέρους* et *μικρολόγους* eos fuisse contendit[3]. Similiter Aristoteles eis *βαναυσίαν* crimini dat[4] et Libanius Megara in numero urbium famosarum collocat incolasque Meliis et Lemniis, qui quales fuerint, videbimus, pares fuisse dicit[5]: *κἂν εἰ Μεγαρεὺς ἐτύγχανεν ὢν ἢ Μήλιος ἢ Λήμνιος, μεῖζόν ἐστι τὸ τῆς πόλεως εἰς αἰδῶ*[6]. Quam ob rem Pittacus in epigrammate quodam Anthologiae Palatinae, ut Megarensium consuetudo vitetur, admonet: *Μεγαρεῖς δὲ φεῦγε πάντας· εἰσὶ γὰρ πικροί*[7]. Eorum mala fama etiam e proverbiis apparet.

Μεγαρέων ἄξιοι μερίδος dicebatur *ἀντὶ τοῦ ἄτιμοι* teste Suida[8], quae verba etiam in imperatoris Iuliani oratione VIII exstant[9]; et locutio *Μηδέποτε μηδεὶς Μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος* teste Diogeniano[10] ad *ἀναισθήτους* spectabat ironice sane dicta. Accedit quod Megarenses ut homines fraudulenti noti erant. Iam apud Aristophanem in Acharnensibus *Μεγαρικά τις μαχανά* vituperatur Megarensis cuiusdam, qui filias suas ut porcos vendit[11], quem locum scholiasta explicat verbis: *ἀντὶ τοῦ πονηρά, πανοῦργος μηχανή· διεβάλλοντο γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ οἱ Μεγαρεῖς ἄλλα μὲν λέγοντες, ἄλλα δὲ ποιοῦντες.* Sed fieri potest ut ille Aristophanis locus non tam ad Megarensium fraudes (quamquam et alibi

[1] Erasm. 79. 138. 349. 399. 622. 652: Novarinus p. 72; H. Reinganum Das alte Megaris. Berlin 1825; Hase, Journ. des Savants 1827 Janvier p. 9; C. O. Müller Dorier I 89, II 342. 359. not., 405 sq.; Bursian I 370, II 496; Kiepert p. 276; Bauck p. 41; Salzmann p. 35: Steinhausen p. 33; von Prittwitz-Gaffron p. 15: Blümner p. 195 [2] DEMOSTH. XIII 22; XXIII 212 [3] DEMOSTH. LIX 36 [4] ARISTOT. Eth Nicom. IV 6 p. 1123 a 24 [5] LIBAN. or. XIV 28, vol. II 98. 2 Foerster [6] cf. LIBAN. ep. 1135 Wolf [7] ANTH. PAL. XI 440 [8] SUID. s. v. *Μεγαρέων ἄξιοι μερίδος* [9] IULIAN. or. VIII 249 C p. 323. 18 Hertlein [10] DIOGEN. VI 57, cf APOST. XI 54 et KOCK III 545 (fr. 777) [11] ARISTOPH. Acharn. 738 et 764 c. schol., cf. Scherling p. 12

illarum mentio fit[1], quam ad meretrices Megaricas notas spectat, de quibus infra plura dicenda erunt: *χοῖρος* enim pudendum muliebre et obscene meretricem significabat[2]. Ceterum res ab Aristophane narrata optime quadrat ad ea, quae Diogenes Sinopeus apud Aelianum de Megarensibus dicit *τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν διαβάλλων:* se Megarensis caprum esse malle quam filium; *ᾐνίττετο δὲ ὅτι τῶν θρεμμάτων ποιοῦνται πρόνοιαν οἱ Μεγαρεῖς, τῶν παίδων δὲ οὐχί*[3]. — Incerta est significatio locutionis e Maximi Planudis proverbiis popularibus sumptae: *Ἄγγελος καὶ ὠτίον Μεγαρικοῦ*[4]. Aen. Piccolomini, qui una cum aliis scriptis primus edidit illa proverbia[5], vocabulum *ἄγγελος* per librarii errorem e linea praecedenti invasisse putat, reliqua autem verba hunc in modum legenda: *Ὠτίον Μεγαρικόν,* sicut *Βοιώτιον οὖς,* de quo infra. Quod Eduardus Kurtz ad sanandum locum profert, certo argumento caret: legit enim ille *μικρὸν ἀγγεῖον καὶ ὠτίον μέγα* memor proverbii cuiusdam Francogallici[6]: „Kleiner Kessel, große Ohren, d. h. kleine Kinder hören alles.“ Utramque coniecturam reicit Otto Crusius[7], qui proverbia finitima in Planudis proverbiorum corpore iisdem verbis contineri ostendit. Qua de causa vocabulum *ἄγγελος,* quod iam in proverbio praecedenti legitur *(ἐν τῇ λείψει ἀγγέλων καὶ ὁ Μάρδαρις ἄγγελος),* hoc in proverbio non delendum est. Sed locum aenigma esse Crusius confitetur.

Meretrices Megaricae non minus famosae fuisse videntur quam Corinthiacae. Vel ex Aristophanis Acharnensium loco supra allato[8] eorum *πορνεία* cognoscitur, similiter ex Strattidis comici versibus:

A. *εἰσὶν δὲ πόθεν αἱ παῖδες αὗται καὶ τίνες;*
B. *νυνὶ μὲν ἥκουσιν Μεγαρόθεν, εἰσὶ δὲ*
Κορίνθιαι· Λαῒς μὲν ἡδὶ Μεγακλέους[9],

---

[1] THUC. IV 67; POLYAEN. strateg. IV 6. 3 [2] PLUT. I 92; cf. infra s. v. Corinthii, ubi vide notam de pudendo muliebri *χοῖρος* dicto (p. 38, 4) [3] AELIAN. var. hist. XII 56 [4] Ed. Kurtz, Die Sprichwörtersammlung des MAXIMUS PLANUDES, Leipzig 1886, p. 41 no. 226 [5] Estratti inediti dai codici Greci. 1879. [6] J. v. Düringsfeld, Sprichwörter I (1872) 500 [7] Otto Crusius, Über die Sprichwörtersammlung des Maximus Planudes. Rh. M. XLII (1887) 418, no. 229 (226) [8] ARISTOPH. Acharn. 524 sqq. [9] MEIN. II 774 (fr. 5); KOCK I 718 (fr. 26); cf. ATHEN. 589 A

quibus in versibus non solum Laidis nomen ad meretriculam spectat, sed etiam patria ipsa: Corinthum meretricibus abundavisse infra videbimus. Sensus ambiguus esse mihi videtur loci orationis in Neaeram habitae[1], quae Demostheni vulgo tribuitur: hoc enim loco meretrix quaedam Megarae non ita magnam pecuniam accepisse dicitur *διὰ τὸ τοὺς Μεγαρέας λακωνίζειν*. Intelligi potest verbum *λακωνίζειν* „stare a Lacedaemoniorum parte", sed etiam *τὸ παιδικοῖς χρῆσθαι*, de qua significatione infra prolixius disserendum erit. Ambae causae meretricis lucro impedimento esse possunt. Etiam Callias comicus meretrices Megaricas commemorat[2] et *σφίγγας Μεγαρικὰς* eas vocat teste Diogeniano[3] et Hesychio[4].

Megarae olim florebat Megarica comoedia[5]. Erat rudis et inepta et ad risum movendum solum parata, quam ob rem Aristophanes illam illudit verbis

μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον[6].

Scholiasta affert testimonium Eupolidis comici, quod plenius exstat in Aspasii ad Aristotelis ethicam Nicomachiam commentario[7], ubi falso Myrtilo tribuitur:

Τὸ δεῖν' ἀκούεις; Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα
ψυχρόν· γελῶσιν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία[8].

Et apud eundem Aspasium Ecphantides dicit:

Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμ' οὐ δίειμ'. ᾐσχυνόμην
τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.

Aristoteles comoediae Megaricae in libro de arte poetica scripto mentionem facit[9]. Ad illam spectat proverbium *Γέλως Μεγαρικός*, quod Diogenianus[10] et Hesychius[11] memoriae prodiderunt.

---

[1] PS. DEMOSTH. LIX 36 [2] KOCK I 698 (fr. 23) [3] DIOGEN. VI 53 [4] HESYCH. s. vv. *Μεγαρικαὶ σφίγγες* et *Σφίγκται*, PHOT. s. vv. *Μεγαρικαὶ σφίγγες* et *σφίγκτας*, SUID. s. v. *Μεγαρικαὶ σφίγγες*, APOST. XI 15, ARSEN. p. 350 Walz [5] Bergk comment. com. att. rell. p. 275. 359; Mein. hist. crit. I 18 sqq.; U. v. Wilamowitz, Herm. IX (1875) 319; Goetting. Gel. Anz. 1906, 619 [6] ARISTOPH. Vesp. 57 cum schol., cf. ARISTOPH. Acharn. 378 [7] ASPAS. ad Aristot. Eth. Nicom. IV 2 [8] MEIN. II 521 (fr. 2); KOCK I 323 (fr. 244) [9] ARISTOT. poet. 3 p. 1448 a 31 [10] DIOGEN. III 88 [11] HESYCH. s. v. *Γέλως Μεγαρικός*, cf. SUID. s. ead. v.; APOST. V 29; ARSEN. p. 158 Walz

Sicut Megaricus risus etiam Megaricae lacrimae notae erant. Aristophanis saltem locutionem *μεγαρίζειν*, quae lamentari significat[1], fortasse huc referendam esse C. O. Müller suspicatur[2]: *γέλωτα Μεγαρικὸν* ad comoediam spectare, *Μεγαρικὰ δάκρυα* autem et *μεγαρίζειν* ad tragoediam antiquissimam. Sed incertum videtur de illis rebus vetustissimis iudicium. Amplectamur potius explicationem veterum grammaticorum: referunt illi proverbium ad Megarensium simulationem. Aristophanes enim in Pace *κλαύματα* Megarica commemorat[3], quem ad locum scholiasta adnotat allium multum nasci in Megarensium finibus, quod qui edissent, lacrimare *διὰ τὴν δριμύτητα*; has autem lacrimas simulatas esse. Aliter explicant scholiasta ad Pindari Nemea[4] et Zenobius[5], qui praeter illam de allio explicationem narrant olim unum e Bacchiadarum gente Clytii regis Megarensis filiam uxorem duxisse, quae paulo post mortem obiisset; Megarenses vero eam lugere et luctum lacrimasque simulare coactos esse. Proverbium exstat praeterea apud Diogenianum[6], qui adagium comparat *πρὸς σῆμα μητρυιᾶς θρηνεῖν*[7], et apud Hesychium[8].

De oraculo *ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι*[9] infra in Aegiensibus tractandis verba faciemus; Aegiensibus enim datum esse hoc oraculum nonnulli scriptores veteres contendunt. Verba ipsa legimus apud Strabonem[10], Photium[11], Suidam[12], in scholiis ad Theocriti idyllia[13], in Anthologia denique Palatina[14], ubi oraculum affertur hunc in modum:

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
Ἵππον Θεσσαλικὴν Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα,
ἄνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

[1] ARISTOPH. Acharn. 822 c. schol., cf. KOCK III 586 (fr. 1076) et ANECD. BACHMANN. I 296. 8 [2] C. O. Müller, Dorier II 359 not. [3] ARISTOPH. Pac. 248 sq. et schol. ad 246 sqq. [4] SCHOL. PIND. Nem. VII 155 [5] ZENOB. V 8, cf. MILLER Mél. p. 367 [6] DIOGEN. VI 34, cf. VII 65 [7] DIOGEN. VII 66 [8] HESYCH. s. v. *Μεγαρέων δάκρυα*, cf. KOCK III 560; PHOT. s. ead. v.; SUID. s. ead. v.; MACAR. V 87; APOST. XI 10; ARSEN. p. 349 Walz; ANECD. BEKK. I 281. 26 (*λέξεις ῥητορικαί*); L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 38 no. 145 [9] Hendess p. 92 no. 178 [10] STRAB. X p. 449 C, e quo EUST. ad Hom. Il. B 574 p. 292. 9 [11] PHOT. s. v. *Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς* [12] SUID. s. ead. v. [13] SCHOL. THEOCR. id. XIV 48 [14] ANTH. PAL. XIV 73

ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν εἰσὶν ἀμείνονες, οἵτε μεσηγὺ
Τίρυνθος ναίουσι καὶ 'Αρκαδίης πολυμήλου,
'Αργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.
ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς (δ' Αἰγιέες), οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δυωδέκατοι οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Scriptores persaepe oraculi mentionem fecerunt. Qui quomodo verba in suum usum converterint, ut ostendam, testimonia ipsa praebeo:

CALLIMACH. epigr. XXVII Schneider: *νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί, τῆς δὲ ταλαίνης | νύμφης ὡς Μεγαρέων οὐ λόγος οὐδ' ἀριθμός*[1].

THEOCR. id. XIV 48: *ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὐδ' ἀριθμητοὶ | δύστανοι Μεγαρῆες ἀτιμοτάτᾳ ἐπὶ μοίρᾳ.*

PLUT. conv. quaest. 682 F: *τῶν δὲ Δημοκρίτου . . . εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς οὐδὲ λόγος.*

DIO CHRYSOST. de invid. or. LXXVIII 33, vol. II 216. 27 Arnim: *μηδενὸς δὲ ἀξιούμενος παρὰ μηδενὶ λόγου, καθάπερ Μεγαρέας ποτέ φασι.*

ALCIPHR. ep. III 8. 1 Schepers: *'Ημῶν ὡς Μεγαρέων ἢ Αἰγιέων οὐδεὶς λόγος.*

LIBAN. or. XXXI 27, vol. III 138. 4 Foerster: *καὶ τὸ τῶν Μεγαρέων πεπονθέναι ῥητορική τε καὶ ῥήτορες ἔξω καὶ λόγου καὶ ἀριθμοῦ κείμενοι.* [Foerster: „Perperam de versu comoediae Atticae *Μεγαρεῖς γὰρ ἔξω τοῦ λόγου καὶ τἀριθμοῦ* cogitavit Kockius Fr. com. Att. III 501. 502."]

LIBAN. ep. 372. 29 Wolf: *οὐδ' ἐκεῖνό γ' ἂν εἴποις ὡς ἄλφιτα μὲν Καπανεύς τε καὶ 'Αμφιάραος ὁ δεῖνα καὶ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.*

Praeterea loci comparandi sunt, quos infra allegabimus, cum de Aegiensibus disserendum erit[2].

Restat ut proverbium commemoremus, quod Diogenis dictum esse Tertullianus contendit[3]: „De nobis scilicet Diogenis dictum est: Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant

[1] cf. ANTH. PAL. V 6 [2] Cf. praeterea Rittersh. ad Oppian. Cyneg. I 171; Iacobs ad Philostr. Her. p. 616; Heindorf ad Plat. Hipp. Mai. p. 141
[3] TERTULL. apol. 39

vero quasi nunquam morituri". Similiter Hieronymus[1]: „Vivimus quasi altera die morituri et aedificamus quasi semper in hoc saeculo victuri"[2]. Teste Plutarcho iisdem verbis usus est Stratonicus ad Rhodiorum luxuriam castigandam[3]; Diogenes autem Laertius Empedoclem locutionis illius auctorem fuisse narrat[4], Aelianus denique Platonem hunc in modum Agrigentinos vituperavisse testatur[5].

Quot et quanta vitia Paulus apostolus Corinthiis[6] obiecerit, notum est: *ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία*[7]. Neque mirum quod talia hac in luxuriae urbe fiebant. Vel ex Homero apparet Corinthum insignem fuisse divitiis, qua de causa epitheton *ἀφνειὸς* ei tribuitur[8], quod Strabo ad significandam urbem ex Homero sumpsit[9]. Pindarus urbem *τὰν ὀλβίαν Κόρινθον* vocat[10] et in fragmento quodam eisdem utitur verbis atque Homerus: *ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ*[11]. In Cercopibus Eubulus comicus mollitiem Corinthiacam illudit:

Κόρινθον ἦλθον· ἡδέως ἐνταῦθά πως
λάχανόν τι τρώγων ὤκιμον διεφθάρην
κἀνταῦθα κατελήρησα τὴν ἐξωμίδα[12].

Kaibelius in editione Athenaei, qui locum servavit, pro *ὤκιμον* littera maiuscula probabiliter scribit *Ὤκιμον*, quam meretricem illo tempore celeberrimam fuisse ex Athenaeo scimus[13]. — Epitheton *ἀφνειὸς* mutatur apud Iuvenalem in „uncta"[14], quemadmodum „uncta Tarentus" apud Apollinarem Sidonium occurrit[15]; item Martialis, cum hominem elegantem rustico opponit, illum „municipem Corinthiorum" appellat[16].

Fons autem divitiarum Corinthiacarum erat cum mercatura

[1] HIERON. ep. 128. 4, Migne patrol. lat. XXII 1099 [2] cf. HIERON. ep. 123. 15, Migne XXII 1057 [3] PLUT. de cup. divit. 525 B [4] DIOGEN. LAERT. VIII 63 [5] AELIAN. var. hist. XII 29 [6] Erasm. 31. 167. 232. 409 410. 731; Barthélemy, Anachars. IV 183; C. O. Müller, Dorier I 72. 401. 409. II 414; Kiepert p. 273; Bursian II 13; Hotop p. 252. 260; Kurz p. 312. 314; Bauck p. 38; Martin p. 33; Grünwald p. 8; Pflügl p. 17; von Prittwitz-Gaffron p. 61; Rein p. 27 sq.; Büchmann p. 387; Blümner p. 196; Keim p. 20 et 25 [7] PAUL. ep. ad Corinth. I 5. 1 [8] HOM. Il. B 570 [9] STRAB. VIII 378 C, cf. SCYMM. 518 [10] PIND. Ol. XIII 4 [11] PIND. fr. 122. 2 Schröder [12] MEIN. III 229 (fr. 1); KOCK II 182 (fr. 54); ATHEN. 567 C [13] ATHEN. 587 C [14] IUVEN. VIII 113 [15] APOLL. SIDON. c. V 430 [16] MART. X 65

tum agrorum fertilitas. *'Αμᾶν Κορινθικὸν* est messis uberrima haud secus atque apud Horatium „quidquid de Libycis verritur areis". Verba *ἀμᾶν Κορινθικὸν* invenimus in epigrammate Macedonii servato in Anthologia Palatina et a Suida commemorato[1], qui unum distichum solum habet e tribus

Οὐδέποτ' ἀμήσαντι Κορινθικόν, οὔποτε πικρᾶς
τῆς ἀφιλοσταχύου γευσαμένῳ πενίης.

Non alius, ut observavit G. Bernhardy, huius loci sensus esse potest nisi virum illum, de quo in epigrammate verba fiunt, nec fuisse divitem nec pauperem, sed mediocri sorte contentum vixisse.

Agrum Corinthium olim fertilissimum fuisse vel ex proverbio constat: *τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*, quod Aristophanes in Avibus commemorat[2]:

ἐν ταὐτῷ τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος,

„*παρὰ τὸ λεγόμενον: εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*", ut ait scholiasta. Aesopum fabularum scriptorem olim deum de divitiis consuluisse eique datum esse hoc oraculum, quod legimus idem apud Zenobium[3]. Athenaeus prolixius narrat de illo oraculo Aesopo dato[4]: Aesopum interrogavisse *πῶς ἂν πλουτήσαιμι, Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ*; et deum respondisse verbis: *εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*. Similia tradit Suidas[5], apud quem versus leguntur responsi hunc in modum:

'Αλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε κορῶναι
ἐν ταὐτῷ τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.

Eustathius hanc proverbii formam commemorat: *εἴη μοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*[6], eademque verba exstant apud Macarium[7]. Utitur hoc proverbio Libanius duobus epistularum locis[8].

Neque ab omnibus divitiae Corinthiacae cupiebantur: erat enim proverbium *Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης*. In Plutarchi proverbiis haec verba corrupta sunt et *Εὐδαίμων ὁ*

[1] ANTH. PAL. VI 40, cf. SUID. s. v. *Κορινθικόν* et s. v. *ἀμήσαντες* [2] ARISTOPH. Av. 968 [3] ZENOB. III 57 [4] ATHEN. 219 A, cf. DIODOR. VIII 21. 3 et Hendess p. 51 no. 70, p. 71 no. 126 [5] SUID. s. v. *Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος* [6] EUST. Il. B 572 p. 291. 30 [7] MACAR. III 58 [8] LIBAN. ep. 734. 754 Wolf

Κορίνθιος solum servatum [1], sed Strabo proverbium plenum affert verbo *Τεγεάτης* mutato in *Τενεάτης*; lectionem *Τεγεάτης* idem ut falsam vituperat [2]. Item Zenobius scribit *Τενεάτης* [3], et Milleri qui dicitur Zenobius Athous Chrysippum proverbium adhibuisse testatur. Stephanus autem Byzantius rursus habet *Γενεάτης* [4], itemque Eustathius, qui addit verba: *τῷ μέντοι γεωγράφῳ* (sc. Straboni) *ἀρέσκει Τενεάτης ἐνταῦθα γράφεσθαι ἀπὸ Τενέας κώμης* [5]. Tenea enim erat oppidulum nemore consitum prope Corinthum. Proverbium igitur inde dictum est, quod Corinthii utpote in magna urbe viventes invidiae et multis molestiis obnoxii erant, Teneatae vero propter humilem condicionem satis tranquille vivebant.

Ad illustrandam Corinthiorum luxuriam commemorentur denique vasa Corinthia, quae apud veteres permagni aestimabantur. Imperator Augustus talia vasa colligere in deliciis habuit teste Suetonio [6], qua de causa proscriptionum temporibus ad statuam eius adscriptum erat: „pater argentarius, ego Corinthiarius", cum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos. Corinthium aes occurrit — ut ex multis pauca afferam exempla — apud Ciceronem [7], Athenaeum [8], Iosephum [9].

Restat ut ad illa proverbia nos convertamus, ex quibus non tam urbis natura (quam cognovisse tamen necessarium erat ad cognoscendos hominum mores) quam incolarum apparet. Notissimum erat proverbium *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς*, quo Aristophanem usum esse Hesychius testatur [10]; sed quisnam hic fuerit Aristophanes, utrum comicus an grammaticus, incertum est. Theodorus Kock percaute fragmentum et ad Aristophanis fragmenta refert [11] et ad fragmenta comicorum adespota nomine Aristophanis prorsus neglecto [12]. Aristophani Byzantio grammatico versum tribuit Nauckius [13] adiecta explicatione: „nisi forte ipsa

[1] PLUT. 14 [2] STRAB. VIII p. 380 C, cf. Hendess p. 91 no. 174 [3] ZENOB. III 96 [4] STEPH. BYZ. s. v. *Γενέα* p. 202. 8 Meineke [5] EUST. Il. B 607 p. 301. 39, cf. APOST. VIII 6 d et ARSEN. p. 244 [6] SUETON. Aug. 70 [7] CIC. Verr. II 46. 176, IV 98. 131. 450; pro Rosc. 133, cf. PLIN. nat. hist. XXXIV 3 [8] ATHEN. 488 C [9] IOSEPH. bell. Iud. V 201. 204 Niese [10] HESYCH. s. v. *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς* [11] KOCK I 591 (fr. 902) [12] KOCK III 516 (fr. 600) [13] ARISTOPH. BYZ. fr. p. 237 sq.

versiculi indoles et forma communem magis vitam sapit quam tersissimi poetae ingenium. Hesychianae interpretationis ut priora verba ex Aristophane Byzantio repetita sint, extrema certe novellam sapiunt originem." Aristophanes Byzantius proverbia et metrica et pedestria collegit, qua in collectione locutio *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς* fortasse inveniebatur. Attamen haec opinio reicienda neque Nauckio fides habenda videtur. Enumerat enim Aristophanes *μετρικῶν παροιμιῶν* quinque et *ἀμέτρων* octo. Quibus proverbiis examinatis hoc apparet: in metricis tria non e populi sermone, sed ex auctoribus sumpta sunt, nempe ex Sophocle[1], Aristophane comico[2], Hesiodo[3], adiectis verbis *ἀναγράφει* (sc. *παροιμίαν*) *Ἀριστοφάνης*. „Grammatici Aristophanis causam agi", explicat Nauckius, „luculenter demonstrat verbum *ἀναγράφειν*. Quod non de poeta dicitur, qui carmina litteris consignet, sed ut nostrum verzeichnen, eintragen magistratus proprium est vel scribae, qui rem qualemcumque in tabulas et indices referat . . . . . Hinc ad scriptorem transfertur litteratum . . ." *Σφραγὶς* ergo, ut ita dicam, vocabulum *ἀναγράφειν* est ad significandum grammatici munus. Sed haec *σφραγὶς* deest in duobus illis proverbiis, quae ex *μετρικῶν* numero restant: in proverbio *οὐ παντὸς κτλ.* et in proverbio *Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτραν*, quod Suidas commemorat[4]. Hic solum legitur auctor *Ἀριστοφάνης* non addito termino technico illo *ἀναγράφειν*, non adhibita formula *ὥς φησιν Ἀριστοφάνης*, quae in proverbiis *ἀμέτροις* semper apparet. Dubitari ergo potest, utrum illa proverbia Aristophani grammatico vindicanda sint necne. Fortasse hac de causa, quam exposui, potius poetae tribuantur. Nam quod Nauckius affert ad hanc suspicionem refutandam, omnino non probandum: „Recte Dindorfius aliique grammaticum intellexerunt Aristophanem, quem vel metri species comico poetae nullo modo consentanea, vulgaris vitae usui facile concedenda manifesto arguit: nam coniecturae *ὑποδήματ'* ipsa proverbii ratio repugnat, quandoquidem dexter pes non calceos admittit, sed unum requirit calceum." Sed primum Aristophanes comicus persaepe illud „metrum comico

[1] SOPH. Ai. 745 cum schol. [2] ARISTOPH. Vesp. 1291 [3] HESIOD. fr. 220 Rzach [4] SUID. s. v. *Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτραν*

poetae nullo modo consentaneum" abhibuit[1], deinde coniectura *ὑποδήματ'* superflua est: nam caesura gravis post *ὑπόδημα* hiatum excusat.

Haec hactenus: Nauckius ipse plurima in libro suo ambigua esse confitetur et haec certo in eorum numero collocanda sunt: *σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε*[2]. Nunciam ad explicationes ipsas accedamus.

Alludit ad hoc proverbium Sophocles in Philocteta: *οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν*[3], et Horatius: „Non cuivis homini contingit adire Corinthum[4]," quo loco sensus est: non cuivis nautae contingit adire portum desideratum vel non quivis desiderium explere potest. Similiter Aristides rhetor: *ἢ τὸν μὲν εἰς Κόρινθον πλοῦν οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἶναι πιστεύσομεν*[5], et Nicolaus comicus: *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζάν ἐσθ' ὁ πλοῦς*[6]. Proverbium videlicet dicebatur propter voluptates, quas urbs nautis praebebat[7]. Ita enim veteres ipsi explicant. Strabo verba ad meretrices Corinthiacas spectare putat, quibus nautae facile consumebantur[8], item Sotion apud Gellium[9]: „Lais . . . Corinthia ob elegantiam venustatemque formae grandem pecuniam demerebat conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Graecia celebres erant neque admittebatur nisi qui dabat, quod poposcerat; poscebat autem illa nimium quantum." Hinc ait natum esse Sotion teste Gellio illud frequens apud Graecos adagium *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐστ' ὁ πλοῦς*, quod frusta iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare, quod posceret. Conferantur Plauti versus: „tu qui zonam non habes, quid in hanc urbem venisti[10]?" et Diphili fragmentum[11], quo narratur pauperibus aditum ad urbem Corinthum non praeberi[12]. Ad meretrices, *αἳ τοὺς ἀφικνουμένους ἐδασμολόγουν*, etiam Diogenianus proverbium refert[13], item Zenobius, qui *ἐπὶ τῶν τρυφᾶν βουλομένων* verba dicta esse contendit[14],

[1] ARISTOPH. Pac. 790; Ran. 814. 815. 876—878. 1266. 1276; Eccl. 571 et alibi, cf. Otto Schroeder, Aristophanis cantica p. 96
[2] praef. VI
[3] SOPH. Philoct. 304, cf. EUST. Il. B. 570 p. 290. 34
[4] HOR. ep. I 17. 36
[5] ARISTID. I 755 Dindorf
[6] STOB. flor. XIV 7. 26 (I 266 Dindorf)
[7] Otto p. 92
[8] STRAB. VIII 378 C, cf. XII 559 C
[9] GELL. I 8. 3 sq.
[10] PLAUT. Poen. 1008
[11] MEIN. IV 388 (fr. 1); KOCK II 549 (fr. 32)
[12] ATHEN. 277 EF, 278 AB
[13] DIOGEN. VII 16
[14] ZENOB. V 27, cf. MILLER Mél. p. 351

et Hesychius[1]. Photius praeter illam interpretationem aliam affert: *ἢ διὰ τὸ δυσείσβολον εἶναι τὸν πλοῦν*[2]. Eustathius autem meretrices solas ad explicandum proverbium adhibet[3].

Meretrices enim Corinthiacae imprimis famosae erant. Aristophanes earum mentionem facit in Pluto[4] et in Lysistrata[5], ubi legimus *Τίς δ' ἡτέρα παῖς; Χαΐα καὶ τὼ Σιώ, Κορινθία δέ*, quem versum scholiasta explicat verbis *παίζει δὲ παρὰ τὸ κεχηνέναι*, itemque Suidas[6]: Aristophanes vocem *χαΐα*, quam meretrici tribuit, comica petulentia in sensum obscenum detorsit. Philetaerus comicus meretricem quandam commemorat, cui nomen est *'Ισθμιάς*[7], scilicet „Corinthi nata", item Athenaeus, qui de meretricibus prolixe egit[8] et ut testes adhibuit Chamaeleontem[9], Theopompum[10], Timaeum[11] historicos, denique Alexim comicum[12]. *Κορινθία παῖς* prorsus meretricem significat (vel, ut Demosthenis personati verbis utar[13], *ἐν Κορίνθῳ ἐργαζομένην*) testibus Euripide[14], Platone[15], Themistio[16]; et verbum *κορινθιάζειν* sive *κορινθιάζεσθαι* sensum accepit *τοῦ ἑταιρεῖν* vel *τοῦ μαστροπεύειν*, quod Stephanus Byzantius[17], Hesychius[18], Eustathius[19], Macarius[20], denique scholia ad Homeri Iliadem[21] testantur, ubi verbum *κορινθιάζειν* explicatur glossa *τὸ καλλωπίζεσθαι*: hic enim mos meretricibus. Strabo cum de urbe Comana disserit, quasi „parvam Corinthum"[22] eam esse contendit propter *ἑταιρῶν* multitudinem. Etiam Maximus Tyrius Corinthiacas meretrices commemorat[23], quarum nomina Suidas servavit[24].

---

[1] HESYCH. s. v. *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς* [2] PHOT. s. ead. v., cf. APOST. XIII 60 et ARSEN. p. 397 [3] EUST. Il. B. 570 p. 290. 34 [4] ARISTOPH. Plut. 149 c. schol. [5] ARISTOPH. Lys. 90 [6] SUID. s. v. *Χαΐα* [7] ATHEN. 587 E; MEIN. III 294 (fr. 1); KOCK II 232 (fr. 9) [8] ATHEN. 573 C sqq. [9] fr. 16 Koepke [10] FHG I 306 (fr. 170) [11] FHG I 204 (fr. 57) [12] MEIN. III 499 (fr. 1); KOCK II 389 (fr. 53) [13] PS. DEMOSTH. LIX (in Neaer.) 30 [14] POLL. X 35; NAUCK, TRAG. FR.[2] p. 573 (fr. 676) [15] PLAT. rep. III 404 D [16] THEMIST. or. XX p. 238 Dindorf [17] STEPH. BYZ. s. v. *Κόρινθος* [18] HESYCH. s. v. *κορινθιάζειν* [19] EUST. Il. B 570 p. 290. 23 [20] MACAR. V 18 [21] SCHOL. Il. B 572 p. 85 Bekker [22] STRAB XII 559 C, cf. 533 C [23] MAX. TYR. diss. III 3 [24] SUID. s. v. *'Εταῖραι Κορίνθιαι* et s. v. *χοῖρος*

In Plutarchi proverbiis[1] nec non in Milleri codice Athoo[2] et apud Suidam[3] legimus verba *᾿Ακροκορινθία ἔοικας χοιροπωλήσειν. ἐπὶ τῶν παρ᾽ ὥραν θρυπτομένων γυναικῶν. οἷον ἔοικας μισθαρνήσειν ἐν Κορίνθῳ. τὸ γὰρ γυναικεῖον μόριον χοῖρος λέγεται*[4]. Georgius Kaibel scribit pro *᾿Ακροκορινθία: Ἁ Κορινθία*[5] et Epicharmo tribuit versum, quia „apte Syracusanus homo Corinthiam mulierem inridet.“ Sed dubitationi obnoxium mihi videtur hac sola de causa hunc Epicharmo vindicare versum.

Quae cum ita fuerint, optimo iure dici poterat *Κορίνθιον κακὸν* de meretricibus; *ἴσως διὰ τὰς ἑταίρας*, ut explicat Macarius[6]. Apud Menandrum invenimus versus

ἐγγενομένων δ᾽ἐτῶν τινων
καὶ τοῦ πολέμου καὶ τῶν Κορινθιακῶν κακῶν
αὐξανομένων . . .[7]

Haec *Κορινθιακὰ κακὰ* ad bellum Corinthiacum fortasse referenda sunt, non ad meretrices Corinthiacas. Menander proverbium in suum usum detorsit.

Neque modo Corinthiae feminae famosae propter luxuriam fuerunt, sed etiam Corinthii ipsi. Hesychius enim habet glossam *κυνόφαλοι · Κορίνθιοι, φυλή*. Vocabulum *κυνόφαλοι* sane corruptum est. Is. Vossius coniecit *κυνόφυλοι*, Augustus Meineke[8] *κυνόφαλλοι*, quo libidines Corinthiorum a poeta comico notari potuerunt. Sed *φυλή* quid sit nescire se fatetur, nisi forte Cynophallos Corinthiacae phylae nomen fuisse comicus aliquis finxerit. *Φιλήμων* pro *φυλή* scripsit Nauckius[9]; Mauritius Schmidt *Ῥίνθων Φλύακι* proponit Nauckii coniectura plane contempta[10]. Richardus Foerster post *Κορίνθιοι* aliquid omissum esse suspicatur, fortasse *Κυνοσκεφαλαί*; *Κυνόφαλοι* idem mutavit in *κυνόφθαλμοι*, quod certum est; glossa enim praecedens incipit: *κυνοφθαλμίζεται · ἀναιδῶς βλέπει*. Duae igitur glossae insunt in verbis illis obscuris: *κυνόφθαλμοι · Κορίνθιοι* et *Κυνοσκεφαλαί · φυλή*. Dubius est sensus versus cuiusdam sub Menandri nomine traditi: *Κορινθίῳ πίστευε καὶ*

[1] PLUT. I 92 [2] MILLER Mél. p. 374 [3] SUID. s. v. *ἀκροκορινθία*
[4] de membro muliebri *χοῖρος* dicto cf. VARR. de re rust. II 4. 10; SCHOL. ARISTOPH. Acharn. 781; SUID. s. v. *χοῖρος*; EUST. Od. ε 371 p. 1539. 34
[5] KAIBEL FCG I 1. 132 [6] MACAR. V 25 [7] MENAND. *περικειρομ.* v. 5 p 99 Koerte [8] MEINEKE FCG IV 642 (fr. inc. 147) [9] ARISTOPH. BYZANT. fr. p. 238 no. 4 [10] not. ad HESYCH. s. v. *κυνόφαλοι*

μὴ χρῶ φίλῳ[1]. Repugnant enim verba *Κορινθίῳ πίστευε* verbis *καὶ μὴ χρῶ φίλῳ*: si quis Corinthio confidit, etiam amico eo utitur, nisi *μὴ* alterius membri etiam ad prius referendum est.

Proverbium *Κορίνθιος ξένος* primum apud Euripidem occurrit in Stheneboea[2]. Stheneboea frusta, quae manu excidunt, „Corinthio hospiti" (sc. Bellerophonti) dedicat:

πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ,

qui locus ab Athenaeo servatus ab eodem illustratur verbis: *τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν*[3]. Aristophanes Euripidem imitatus est versibus

. . . κἂν ἐκβάλῃ
σκεῦός τι κατὰ τὴν οἰκίαν πλανωμένη,
ἀνὴρ ἐρωτᾷ· „τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ[4]."

Adulterium videlicet significant ista verba apud comicum, quia contextus, in quem incidunt, hanc notionem postulat.

Etiam Cratinus similia praebet:

ἵησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει[5],

quem ad locum alludit Hesychius s. v. *Κορίνθιος ξένος· ἐπὶ τῶν τὰς λάταγας ῥιπτούντων* (commemorat idem etiam Euripidem et Attalum quendam *περὶ παροιμιῶν*, sed glossa est corrupta[6]). Fortasse Cratinus non Euripidem, sed Aristophanem hac imitatione illudit: nam non satis habet, ut Aristophanes, Euripidem sola verborum repetitione imitari, sed colophonem imponit et Aristophanis locutionem ex Euripide depromptam etiam superat comica licentia illius verbum *ξένῳ* in obsceniorem vocem *πέει* detorquens, quae ad adulterum sane spectat.

[1] ANTH. PAL. XI 438 [2] EURIP. fr. 664, Nauck Trag.[2] p. 569, cf. HESYCH. s. v. *Κορίνθιος ξένος* [3] ATHEN. 427 E [4] ARISTOPH. Thesm. 404 c. schol. [5] MEIN. II 179 (fr. 16); KOCK I 93 (fr. 273) cf. ATHEN. 782 D [6] Ad glossam supplendam cf. quae Fritzschius ad Thesm. 404 proponit

Occurrunt verba *Κορίνθιος ξένος* praeterea in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis[1]. Quadrat ad hoc proverbium, quod in Libanii declamatione „Lais" narratur multos adulteros Corinthi fuisse[2].

E codice Parisino suppl. Graec. 676 Leopoldus Cohn proverbium *ἰσθμιάζειν* publici iuris fecit[3]. Dicebatur *ἐπὶ τῶν κακῶς βιούντων· ἐπίνοσος δὲ ὁ τῶν Ἰσθμίων καιρός*. Similia praebent Hesychius[4] et Suidas[5].

De Teneatis, vici illius prope Corinthum siti incolis, praeter proverbium supra (p. 33) allatum *Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος* dicebatur *Εὐορκότερος Τενεάτου ἢ Γενεάτου. ἐπὶ τῶν εὐορκούντων*, quae verba in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis solum exstant[6].

---

[1] APP. PROV. III 50 [2] LIBAN. decl. XXV vol. VI 467, 3 Foerster [3] L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 78 no. 56 [4] HESYCH. s. v. *ἰσθμιάσαι* [5] SUID. s. v. *Ἴσθμια* [6] APP. PROV. II 88

DE PELOPONNESIIS

Argivi[1] in proverbiis saepe commemorantur. Dicebantur de eis verba *καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς*, quae legimus in appendice proverbiorum corporis Gottingensis[2] et in proverbiorum codice Athoo[3]. Significat locutio: vides oculis stupentibus et terrore attonitis. Ab Oreste furiis exagitato proverbium sumptum esse Erasmus nescio qua de causa contendit; in codice enim Athoo et in appendice proverbiorum verba illa ad Sophoclem referuntur: *καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς: αὕτη Σοφόκλειος. πεποίηται γὰρ Ἐριφύλη πρὸς Ἀλκμαίωνα λέγουσα· Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ.* Ad Orestem igitur verba non spectant. — Locum Sophocleum perstringunt Alexis[4] et Lucianus[5], apud quos eadem verba occurunt. Luciani locus fortasse ad restituendum sensum fragmenti Sophoclei momenti esse potest: Charon, postquam ad superos egressus est, a Mercurio obviam facto impetrat, ut praecipua eorum, quae inter homines gerantur, sibi commonstret. Obsequitur ille et cum alia tum homines pugnantes ei ostendit, quibus conspectis Charon interrogat, quales sint et quam ob rem alteri alteros interficiant. Hermes respondet: *Ἀργείους ὁρᾷς* — et *ἐξ ἀπροσδοκήτου* pergit: *καὶ Λακεδαιμονίους καὶ τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδαν.* Spectant verba *Ἀργείους ὁρᾷς* apud Sophoclem ad bellum Argivorum, quod epigoni qui dicuntur contra Thebanos gesserunt, cui Alcmaeon ab Eriphyla permotus interfuit. – Mentio fit proverbii etiam apud Hesychium[6], ubi legitur *ὁρῶ*, apud Suidam[7], apud Macarium[8]. Suidas et Macarius adagium aliter explicant: *παροιμία ἐπὶ τῶν ἀτενῶς καὶ καταπληκτικῶς ὁρώντων*, de eis dictum,

[1] Erasm. p. 81. 113. 440; C. O. Müller, Dorier II 378. 403; Bauck p. 40; Kock p. 34; Hotop p. 274; Kurtz p. 309; Blümner p. 195; Steinhausen p. 33; Bursian II 44; Kiepert p. 270 sq. [2] APP. PROV. III 35 (Vat. II 49) [3] MILLER Mél. p. 363, cf. SOPH. fr. 199 Nauck[2] p. 176 [4] KOCK II 353 (fr. 153) [5] LUCIAN. Char. 24 [6] HESYCH. s. v. *Ἀργείους ὁρῶ* [7] SUID. s. v. *Ἀργείους ὁρᾷς* [8] MACAR. II 38

qui fixum et terribilem vultum habent. Lectio videlicet est corrupta e verbis, quae in codice Athoo exstant: *ἐπὶ τῶν ἐκτενῶς πρὸς ὁτιοῦν βλεπόντων καὶ καταπληκτικόν τι δοκούντων ὁρᾶν*. Additur autem explicatio: *οἱ δὲ ἐπὶ τῶν εἰς κλοπὴν ὑπονοουμένων. Κωμῳδοῦνται γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ, ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσατο*, qua sensus, quem locutio apud Sophoclem habebat, illustratur.

Semper Argivi, qui in oraculo Megarensibus dato *κέντρα πτολέμοιο* vocantur[1], bellorum cupidi erant, qua de causa Diphilus comicus dicit *τὸ μὲν Ἄργος ἵππος, οἱ δ᾽ ἐνοικοῦντες λύκοι*[2]. Verba *Ἄργους λόφος* dicebantur *ἐπὶ τῶν σφόδρα συμφοραῖς ἐνισχομένων;* caedem enim magnam ibi olim factam esse Diogenianus testatur[3].

Neque solum bellicosi et crudeles ut lupi Argivi erant, sed omnino homines nequam et fures et palam improbi. Aristophanes in Anagyro verbis *Ἀργεῖοι φῶρες* usus est[4] teste Suida[5]. Argivos furacitatis infamia laborasse Macarius narrat[6] nec non in appendice proverbiorum legitur[7]. Proverbium in numero eorum collocandum est, quae in lusu verborum posita sunt[8] *(Ἄργος-ἀργός)*.

Locutio *Ἀργεία φορά* de sycophantis et calumniosis dicebatur. Litium avidi erant Argivi et delatores testibus Diogeniano[9] et Hesychio[10]. Apud Pausaniam atticistam verba illa inveniri Eustathius commemorat[11]. Arsenius illi interpretationi addit *ἢ ἐπὶ τῶν ἀλαζονικῶν*, de hominibus gloriosis[12].

Luxuria Argivis non ignota erat et imprimis convivia et symposia eis in deliciis erant ita, ut eorum ebriositas in proverbium abiret. Ephippus comicus Herculem facit loquentem

---

[1] cf. Megarenses; PHOT. s. v. *Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς* [2] MEIN. IV 426 (fr. 30), KOCK II 576 (fr. 120), cf. ISOCR. Philipp. 51 [3] DIOGEN. III 10, cf. APOST. III 75 et ARSEN. p. 73 Walz, ubi pro *λόφος* legitur *λόχος* [4] ARISTOPH. fr. 57 Geld.-Hall [5] SUID. s. v. *Ἀργεῖοι φῶρες*, cf. MACAR. II 28 [6] MACAR. II 38 [7] APP. PROV. III 35 (Vat. II 49) [8] Crusius, Anal. crit. ad paroem. p. 55 not. 1 et p. 151 not. 1 [9] DIOGEN. II 79 [10] HESYCH. s. v. *Ἀργεία φορά*, cf. APOST. III 76 [11] EUST. Il B 559 p. 286. 19, cf. PAUSAN. att. fr. 64 p. 114 Schwabe [12] ARSEN. p. 73

οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον
'Αργεῖον; οἳ μεθύοντες αἰεὶ τὰς μάχας
πάσας μάχονται. B. *τοιγαροῦν φεύγουσ' ἀεί*[1].

Servavit fragmentum Athenaeus[2]. Item Aelianus de Argivorum et Tirynthiorum ebrietate loquitur[3].

Ut Lacedaemoniorum ita et Argivorum breviloquentia nota erat, cuius scholiasta ad Pindari carmina mentionem facit[4]: *μικρολόγοι μὲν οὖν οἱ Ἴωνες, σύντομοι δὲ οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι*[5]. Pindarus ipse *τὸν Ἀργεῖον τρόπον* commemorat: *τὸν Ἀργεῖον τρόπον | εἰρήσεται πάντ' ἐν βραχίστοις*[6]. Nec non apud tragicos poetas hoc Argivorum studium breviter loquendi silentio praetermittitur. Aeschylus duobus Supplicum locis illius mentionem facit. Danaus enim filiabus suadet

καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
γένῃ · τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος[7],

quod iam antea Aeschylus aliis dixerat verbis

μακράν γε μὲν δὴ ῥῆσις οὐ στέργει πόλις (sc. Argivorum)[8].

Sophoclis quoque duo fragmenta huc respiciunt

fr. 61 *ῥῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα*
πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει,
ἄλλως τε καὶ κόρῃ τε κἀργείᾳ γένος,
αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη.
fr. 421 *πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα.*
μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς,

quod fragmentum servavit scholiasta ad Pindari Isthmia[9].

Pauca igitur Argivi dicebant, sed gravia verba, tam gravia, ut non nunquam etiam ut iactatores denotarentur. Nam in Euripidis Phoenissis, ut exemplum afferam, *Ἀργεῖον αὔχημα* occurrit[10], item in eiusdem Oreste *ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος*[11] et in Troadibus *Ἀργεῖ' ὀνείδη*[12]. Ideo non casu Andocides in oratione habita de pace cum Lacedaemoniis facienda[13]

[1] MEIN. III 322 (fr. 2); KOCK II 251 (fr. 2) [2] ATHEN. 442 D [3] AELIAN. var. hist. III 15 [4] SCHOL. PIND. Isthm. V 87 [5] cf. Krollii notam ad Cic. Brut. 50 [6] PIND. Isthm. VI 86 [7] AESCH. Suppl. 200 [8] AESCH. Suppl. 273 [9] SCHOL. PIND. Isthm. VI 86 [10] EURIP. Phoen. 1137 [11] EURIP. Or. 904; locus respicitur a LIBANIO ep. 48 [12] EURIP. Troad. 418 [13] ANDOC. *περὶ τῆς πρὸς Λακεδ. εἰρήνης* 27

de Ἀργείων λόγοις loquitur; habebant verba Argiva sensum malum occultum.

Tirynthii[1] ut homines luxuriosi perstringuntur. *φιλογέλωτας* eos fuisse Theophrastus narrat[2]; eorum vinolentia ab Ephippo comico[3] et ab Aeliano[4] vituperatur.

Aegienses[5], urbis Achaiae incolae, noti sunt ob oraculum illud, quod alii Megarensibus datum esse contendunt; conferantur igitur, quae de illo supra s. v. Megarenses dicta sunt (p. 31).

Plutarchus[6] primus ad oraculum respicere videtur: dicit enim Democriticorum simulacrorum ut Aegiensium aut Megarensium nullum numerum neque respectum esse. Nec non Strabo[7] oraculi mentionem facit Aegiensibus dati, haud secus atque Alciphro[8]: *ἡμῶν ὡς Μεγαρέων ἢ Αἰγιέων οὐδεὶς λόγος:* nostri ut Megarensium vel Aegiensium nulla ratio habetur. Sed omnes de origine locutionis tacent. Zenobius[9] denique verba ipsius oraculi commemorat: *Αἰγιέες οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι* adiecta interpretatione *ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων;* Aegienses olim Aetolis victis e Pythia quaesivisse, quinam essent Graecorum, et oraculum tale accepisse. Accuratius Zenobius Athous rem narrat[10], qui testimonia historicorum veterum affert Mnaseae Patrensis[11] et Ionis Chii[12], sed lectio corrupta videlicet est *ἐπὶ τῶν εὐτελῶν μὲν δοκούντων μεγάλων δὲ εἶναι.* Miller verbo *βουλομένων* post *εἶναι* interposito se medelam invenisse suspicatur, sed coniectura illa inutilis est. Carolus Graux e codice Escurialensi Σ-I-20 locum correxit[13], ubi legitur: *ἐπὶ τῶν εὐτελῶν μὲν ὄντων, μεγάλων δὲ δοκούντων,* sed potius scribendum videtur *ἐπὶ τῶν εὐτελῶν μὲν ὄντων, δοκούντων δὲ μεγάλων εἶναι.* Nil novi praebent Diogenianus[14] et Stephanus Byzantius[15]. Cum alii tum Photius

[1] C. O. Müller, Dorier II 275 not. 4; Bursian II 41 sqq.; Kiepert p. 271 [2] THEOPHR. fr. 124 Wimmer, cf. ATHEN. 261 D [3] MEIN. III 322 (fr. 2); KOCK II 251 (fr. 2), cf. ATHEN. 442 D et supra s. v. Megarenses [4] AELIAN. var. hist. III 15, vol. II 44. 29 Hercher [5] Erasm. p. 138; Bursian II 145; Kiepert p. 258; Kurtz p. 320; Salzmann p. 35 [6] PLUT. conv. quaest. 682 F [7] STRAB. 449 C [8] ALCIPHR. ep. III 8 Schepers [9] ZENOB. I 48 [10] MILLER Mél. p. 361 et 377 [11] FHG III 157 (fr. 56) [12] FHG II 51 (fr. 17) [13] Ch. Graux, Rev. de philol. nouv. sér. II (1878) p. 225, cf. O. Crusius, Mus. Rhen. XXXVIII (1883) 307 [14] DIOGEN. VAT. I 47; DIOGEN. VIND. I 21 [15] STEPH. BYZ. s. v. **Αἴγιον**

et de Aegiensibus et de Megarensibus oraculum dictum esse refert [1], item Suidas [2], qui Callimachum testem affert (Callimachi locum cf. supra p. 30 sq.). Simili explicatione utitur Eustathius [3]: *οὐ μόνον πρωτεῖον ἐν ἀνδρίᾳ οὐ πλουτεῖτε οὔτε μὴν δευτερεῖον, ὡς ἀκοῦσαι βούλεσθε, ἀλλ᾽ οὐδὲ τρίτοι οὐδὲ τέταρτοι τὰ εἰς ἀνδρίαν ἐστέ.* Item Ioannes Tzetzes loquitur de hoc oraculo [4], et praecipue Aegiensium rationem habet. Libanius [5] Aegiensem nominat eum, qui legum ipse ignarus est: nec numero nec loco ullo habendus videtur [6].

Lacedaemonii [7] in numero earum civitatum collocandi sunt, quarum non solum vitia, sed etiam virtutes in proverbia abierunt.

Vita parca imprimis et severa Spartani excellebant. *Στρογγύλως καὶ Λακωνικῶς* vitam degere eximia laus eis est teste Plutarcho [8], qui tanta utebantur sobrietate, ut neminem unquam vinosum ibi videri Plato narret [9]. „Severae" igitur cognomen Cicero Spartae dat [10]. Accedit ad hanc integritatem morum, quod corpora Spartani in gymnasiis quam maxime exercebant, ut ad arma gerenda fortissimi essent. Pueri, qui gymnasia frequentabant, certis diebus, quid valerent, ostendebant. Quam ob rem gymnopaedia quae dicuntur instituebantur teste Aristoxeno [11], quibus pueros se virgis verberavisse narratur [12]. Hunc morem illudit Lucianus, qui in

1) PHOT. s. v. *Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς* 2 SUID. s. ead. v. 3 EUST. Il. B 574 p. 292. 9, cf. opusc. 257. 71 Tafel 4 TZETZ. Chil. IX 864—894 5 LIBAN. ep. 1116. 4 Wolf 6 LIBAN. ep. 372. 29 Wolf, cf. ARSEN. p. 26 7 Erasm. 109. 124. 277. 318. 352. 521; Novarinus p. 76; Io. Meursius, Miscellanea Laconica, Amstelod. 1661; Barthélemy, Anacharsis V 123 sqq.; C. O. Müller, Dorier I 198; II 3. 117. 131. 225. 248. 258. 285. 287. 296. 310. 377. 383. 398. 401 not. 4; Otto p. 184 et 333 not.; Pauly Wiss. V 1553; Ed. Meyer, Gesch. d. Altert. II 583; Wilamowitz Eurip. Heracl. I² 18 sqq. 41; Büchmann p. 348; Bursian II 102; Kiepert p. 267; Bauck p. 36 sq.; Rohdewald p. 37; Baar p. 23; von Wyss p. 22; Koch I 35; Wunderer p. 112; Salzmann p. 34; Billeter p. 165; Blümner p. 195; Keim p. 4; Grünwald p. 8 8 PLUT. sept. sap. conviv. 157 C 9 PLAT. leg. 637 A, cf. ATHEN. 156 A 10 CIC. de leg. II 39, cf. pro Flacc. 63 11 FHG II 284, cf. ATHEN. 631 A et 678 BC (= FHG II 626, fr. 5); HESYCH. s. v. *Γυμνοπαιδια* 12 STRATONIC. ap. ATHEN. 350 C, cf. FHG IV 360 (Chariel. fr. 1); v. Ernst Pfuhl, Zur Geisselung der spartanischen Epheben. Arch. f. Rel. Wiss. XIV (1911) 643 sqq.

Icaromenippo, cum proprietates populorum enumerat, de Lacadaemoniis dicit: *ὁ Λάκων ἐμαστιγοῦτο*[1]; similiter alibi mentionem facit flagellationis Laconicae[2] et certaminum ad exercendam iuventutem institutorum. Etiam Libanius morem commemorat[3]. Carmen Lacedaemonii cantabant gymnopaediis, cuius initium erat *Ἅμμες ποτ' ἦμες* teste Plutarcho[4], Zenobio[5], Diogeniano[6], aliis[7]. Etiam puellae nudae corporum exercitationibus se dabant, quod narrat Plato in Legibus[8]. Verbum *δωριάζειν* hac de causa sensum accepit *τοῦ γυμνάζεσθαι* vel *τοῦ γυμνοῦσθαι,* cum virgines choros facientes *παρεφαίνοντο τὸ πολὺ τοῦ σώματος* testibus Hesychio[9], Etymologico Magno[10] (de cuius glossa vide Richardi Reitzensteinii notam[11]), Suida[12], Eustathio[13]. *φαινομηρίδες* ideo vocabantur puellae Spartanae. Denique commemoretur Lampito Spartana, quae in Aristophanis Lysistrata se *γυμνάζεσθαι καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλεσθαι* gloriatur[14].

Quae cum ita essent, fortitudo Lacedaemoniorum inter omnes constabat. Iam apud Aristophanem *Λακωνικὸν πνέων*[15] teste scholiasta hominem significat durum et fortem, quod etiam e Suidae glossa e scholio videlicet hausta apparet[16]. Similiter Antiphanes comicus

οὐκ ἐφύσων οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοί ποτε[17];

Ut bellicosi Lacedaemonii ab Isocrate laudantur[18]; *ἀδουλεύτους* eos ab Isaeo vocatos esse Pollux testatur[19]. Plutarchus saepe Lacedaemoniorum fortitudinem et simplicitatem morum commemorat:

---

[1] LUCIAN. Icaromen. 16 [2] LUCIAN. Anach. 38 [3] LIBAN. vit. 23, vol. I 93. 15 Foerster [4] PLUT. inst. Lac. 238 A [5] ZENOB. I 82, cf. MILLER Mél. p. 367 [6] DIOGEN. II 30; V 3 [7] GREG. CYPR. I 48; SCHOL. PLAT. leg. 663 A p. 449 Bekker; ARSEN. p. 51, cf. Lessings „Heldenlied der Spartaner". [8] PLAT. leg. 805 E, cf. PINDAR. fr. 112 Schroeder et ATHEN. 631 A [9] HESYCH. s. v. *δωριάζειν* [10] ET. M. 293. 40 s. v. *δωριάζειν* [11] Reitzenstein, Gesch. d. griech. Etym. p. 320. 30 [12] SUID. s. v. *δωριάζειν,* cf. ZONAR. s. v. *δωριάζειν* p. 590 Tittmann [13] EUSTH. Il. *Ξ* 175 p. 975. 37, cf. PAUSAN. ATT. fr. 140 p. 149 Schwabe [14] ARISTOPH. Lys 82 [15] ibid. 276 [16] SUID. s. v. *Λακωνικός* [17] MEIN. III 63 (fr. 1); KOCK II 57 (fr. 117) [18] ISOCR. Panath. 241 et antidos. 298 [19] POLL. III 80 Bethe, cf. ISAEI fr. 46 p. 201 Thalheim

Callicratidis — ut exempla afferam — laudat *ἡγεμονίαν ἁπλοῦν τι καὶ Δώριον ἔχουσαν*[1] vel Gylippi *τραχύτητα καὶ τὸ Λακωνικὸν τῆς ἡγεμονίας*, quod timebant Syracusani molles, quibus Gylippus auxilio venit in bello Siciliensi[2]. Similiter *τὸ Λακωνικὸν καὶ ἀφελὲς* Cleomenis a Plutarcho laudibus effertur[3] et de hominibus severe viventibus dicitur: *Λακωνικὸν πρὸς ἀλλήλους διατιθεμένων*[4]. Adverbium *λακωνικῶς* eandem fere habebat vim atque *εὐψύχως*[5], quod vel ex rebus apparet ab Athenaeo narratis[6]. Lexicographi vocabulum *Λακωνικὸς* explicant glossa: *στερρός. ἀνδρεῖος*, quae legitur apud Hesychium[7] et Photium[8]. Similia tradit de Spartanis Zonaras[9]. Proverbium *'Ελευθεριώτερος Σπάρτης*, quod invenimus apud Diogenianum[10], huc referendum videtur. Dicebatur enim de Lacedaemoniorum ingenio libero et *ἀδουλεύτῳ*, quod laborum patiens erat. Comice illam patientiam Plautus in Captivis castigat[11], ubi scurrae „Lacones“ appellantur, quia plagas aliasque iniurias patienter ferunt. Conferantur, quae apud Petronium dicuntur: „at ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi“[12], et apud Horatium „patiens Lacedaemon“[13] et apud Livium[14] „Sparta dura“.

Quibus moribus priscis et severis ut semper uterentur Spartani, iam Lycurgus ad luxuriam impediendam aurum et argentum Spartam ferri vetuit[15]. Eadem de causa philosophis et rhetoribus aditus non praebebatur *διὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις . . . φιλοτιμίας καὶ ἔριδας*[16]. Et ubicumque luxuria apparuit, statim illam opprimebant teste Agatharchide[17] apud Athenaeum[18]: *παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὁ αὐτὸς* (Agath.) *ἱστορεῖ οὐ τῆς τυχούσης ἀδοξίας νομίζεσθαι, εἴ τις [ἦν] ἢ τὸ σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχων ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος προπετῆ ἐφαίνετο γυμνῶν κατὰ δέκα ἡμέρας παριστάμενων τοῖς ἐφόροις τῶν νέων.*

[1] PLUT. Lys. 5 [2] PLUT. Nic. 28 [3] PLUT. Cleom. 32 [4] PLUT. Cleom. 12 [5] POLYB. V 39 [6] ATHEN. 500 C; 627 D; 630 F [7] HESYCH. s. v. *Λακωνικός* [8] PHOT. s. ead. v. [9] ZONAR. s. v. *Λάκωνες* p. 1281 Tittmann [10] DIOGEN. IV 87, cf. SUID. s. v. *'Ελευθεριώτερος Σπάρτης*; APOST. VII 2; ARSEN. p. 227 [11] PLAUT. Capt. 471 [12] PETRON. 105 [13] HOR. carm. I 7. 10 [14] LIV XXXXVIII 17. 12 [15] ATHEN. 233 A [16] ATHEN. 611 A, cf. CHAMAEL. fr. 15 Koepke [17] FHG III 193 (fr. 6) [18] ATHEN. 550 C

Tamen ut luxuriam impedirent, non contigit illis. Etiam Lacedaemonii idem habebant fatum ac ceteri Graeci: divitiae et mollities eos corrumpebant, cuius rei testem Athenaeus[1] Phylarchum[2] adhibet. Adducebantur autem ad luxuriam pecuniae cupiditate eorum propria, ut e proverbio patet *ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δέ γ'οὐδέν* a Tyrtaeo commemorato[3]. Aristoteles illis verbis utebatur teste scholiasta ad Euripidis Andromacham[4], quae iterum atque iterum apud paroemiographos aliosque scriptores occurrunt, qui pro Aristotelis *ὀλεῖ* scribunt *ἕλοι*[5]. Spectant ad illud proverbium praeterea Isocrates[6], Cicero[7], Plutarchus[8].

Omnino bona fama Lacedaemonii non utebantur apud vicinos. Lacedaemonios enim respiciunt versus Aristophanis:

πολλὰ γὰρ δή μ'ἠδίκησαν
ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες,
ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες[9],

quae verba similiter exstant apud Plutarchum in comparatione Lysandri et Sullae[10]: „*οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δὲ ἀλώπεκες*“ et apud Aelianum[11] „*οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες ἐν Ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπεκες*“, quod teste scholiasta ad Aristophanis locum laudatum spectat ad *Λάκωνας ἐν Ἀσίᾳ ἀτυχήσαντας* Lysandro duce[11].

Ἀλώπεκες Lacedaemonii optimo iure vocantur. Nam vel ab Herodoto ut *ἄλλα φρονέοντες καὶ ἄλλα λέγοντες* vituperantur[12], et similiter Aristophanes eorum fidem incertam saepe commemorat. Dicit enim — ut exempla afferam — de illis

οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὅρκος μένει[13]

vel *ὧν δόλιαι ψυχαί, δόλιαι φρένες*[14]. Item apud Euripidem Lacedaemoniorum *ἀπιστία* occurrit[15]:

---

[1] ATHEN. 142 A [2] FHG I 346 (fr. 43) [3] TYRT. fr. 3, BERGK[4] II 9, cf. FHG II 131 (fr. 88); praeterea Hendess p. 19 et Christ-Schmid[5] I 163 [4] SCHOL. EURIP. Androm. 445; ARISTOT. fr. 501 p. 1559 b 28 [5] PLUT. prov. I 43; ZENOB. II 24; MILLER Mél. p. 372; DIOGEN. II 36; MACAR. II 68; APOST. IV 54 b; APOST. VIII 77 [6] ISOCR. Panath. 241 [7] CIC. de off. II 77 [8] PLUT. Ag. 9 et Inst. Lacon. 239 F [9] ARISTOPH. Pac. 1188 sqq. c. schol. [10] PLUT. comp. Lys. et Sull. 476 E [11] AELIAN. var. hist. XIII 9 [12] HEROD. IX 54 [13] ARISTOPH. Acharn. 309 c. schol., cf. Pac. 216 sqq. [14] ARISTOPH. Pac. 1068, cf. Pac. 1083 c. schol. [15] EURIP. Androm. 445, cf. APOST. XVIII 62 b

Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια,
ψευδῶν ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν,
ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν πέριξ
φρονοῦντες . . .

et in eiusdem Supplicibus:

Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους,
τὰ δ' ἄλλα μικρὰ κἀσθενῆ[1].

Consentiunt optime historicorum et oratorum testimonia ut Thucydidis[2], Andocidis[3], Isocratis[4], Demosthenis[5]. Sed ut erant Attici non pro testibus certis habendi sunt. Proverbium *Λακωνικὰς σελήνας* spectat ad Lacedaemoniorum infidelitatem teste Diogeniano[6]: dicebatur enim *ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλως συνθήκας ποιουμένων*: si auxilium ab illis petebatur, sibi non venire permissum esse dicebant, cum luna esset iniqua, quod Herodotus quoque testatur[7]. Haud secus Lucianus narrat eos, antequam luna plena esset, in proelium non exire[8].

Inimicissime Lacedaemonii se gerebant in peregrinos, qui Spartam veniebant. *Διειρωνοξένους*[9] ideo Aristophanes eos vocat et *ξενηλατοῦντας*[10]. *Ξενηλασίας* enim ibi mos erat teste Thucydide[11] (et Suida[12]), qua de causa cum barbaris[13] et cum Triballis infamibus[14] Isocrates eos comparat.

Restat ut vitium praecipue Laconicum pedicandi commemoremus, de quo nuper doctissime disseruit Ericus Bethe[15], cuius sententiam damnaverunt Anatolus Semenov[16] et Albertus Ruppersberg[17]

[1] EURIP. Suppl. 187 [2] THUC. V 105 [3] ANDOC. III (*περὶ τῆς πρὸς Λακεδ. εἰρήνης*) 2 [4] ISOCR. XII (Panath.) 106. 226 [5] DEMOSTH. XXIII (de coron.) 117 [6] DIOGEN. VI 30; cf. O. Crusius, Untersuch. z. Herond. p. 70 [7] HEROD. VI 106 [8] LUCIAN. astrol. 25 [9] ARISTOPH. Pac. 622 sq. c. schol. [10] ARISTOPH. Av. 1012 [11] THUC. I 144; II 39 [12] SUID. s. v. *Διειρωνόξενοι* [13] ISOCR. XII (Panath.) 209 [14] ibid. 227 [15] Erich Bethe, Die dorische Knabenliebe, ihre Ethik und ihre Idee. Mus. Rhen. LII (1907) 438 sqq. [16] Anatol Semenov, Zur dorischen Knabenliebe. Philol. LXX (1911) 146 sqq. [17] Albert Ruppersberg, *Εἰσπνήλας*. Philol. LXX (1911) 151 sqq. De puerorum amoribus, non solum de Laconicis scripsit Ivo Bruns, Attische Liebestheorien. Neue Jahrb. 1900 I 17 sqq.; vide Christ-Schmid, Gesch. d. griech. Litt.[5] I 170 not. 8: „Seit den Ausgrabungen von Thera ist jeder Zweifel an der Realität der sinnlichen Knabenliebe, zumal im altdorischen Gebiet, ausgeschlossen.“ cf. Franz Studniczka, Gött. gelehrt. Anz. 1901 p. 545 sqq.

amorem illum ad corporum libidines explendas pertinere omnino negantes.

Vitium illud Spartae, quamquam feminae Spartanae forma excellebant[1], ita vigebat, ut verbum *λακωνίζειν* prorsus pedicandi significationem acciperet. Occurrit *λακωνίζειν*[2] testibus Photio[3] et Suida[4] in Aristophanis Thesmophoriazusis alteris. Etiam forma *λακεδαιμονιάζειν* exstabat apud illum[5], quam eundem sensum habuisse obscenum e Stephani Byzantii testimonio (*καὶ λακωνίζω καὶ λακωνιστής· λέγεται καὶ λακεδαιμονιάζω, ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις*) conici potest, quamquam *λακωνίζειν* etiam significabat „a Lacedaemoniis stare." Sed quid verbum *λακωνίζειν* in Eupolidis fragmento quodam ab Athenaeo[6] servato significet, non dubium videtur, etiamsi Theodorus Kock hanc damnat interpretationem. Legitur enim illo loco[7]:

A. *Μισῶ λακωνίζειν, ταγηνίζειν δὲ κἂν πριαίμην.*
B. *πολλὰς δ' . . . οἶμαι βεβινῆσθαι . . . .*
A. . . . . . *ὃς δὲ πρῶτος ἐξεῦρεν τὸ πρῷ 'πιπίνειν;*
B. *πολλήν γε λακκοπρωκτίαν ἡμῖν ἐπίστασ' εὑρών.*

λακωνίζειν et *ταγηνίζειν* ad res venereas pertinere negat Kockius perperam. Nam quod affert, *λακωνίζειν* ad epularum simplicitatem, *ταγηνίζειν* autem e voce *τάγηνον* derivatum ad conviviorum luxuriam referendam esse, improbandum est. Ipse nescire se fatetur, quomodo v. 1 cum v. 2 cohaereat, qui tam aperte ad res venereas spectat: „forte quaedam exciderunt." Sed adhibeantur Aristophanis versus, in quibus poeta pudendum muliebre *ὀπτάνειον* vocat[8]: similiter *τάγηνον* hoc loco volva appellatur. Praeterea in voce *λακκοπρωκτίαν* adnominatio primae syllabae et significatio secundae prorsus ostendit, quid hoc loco significet *λακωνίζειν*.

Lexicographi et paroemiographi verba *λακωνίζειν* vel similia *Λακωνικὸν τρόπον* persaepe commemorant ut Hesychius[9] et Pho-

[1] ATHEN. 278 E; Heraclid. Lemb. apud ATHEN. 566 A, cf. FHG III 168 (fr. 2); PHOT. s. v. *Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς*; IOANN. TZETZ. ep. 71 p. 63 Pressel [2] ARISTOPH. fr. 338 Geld.-Hall [3] PHOT. s. v. *λακωνίζειν* [4] SUID. s. ead. v. [5] STEPH. BYZ. s. v. *Λακεδαίμων*, cf. ARISTOPH. fr. 95 Geld.-Hall [6] ATHEN. 17 D [7] MEIN. II 547 (fr. 2); KOCK I 350 (fr. 351) [8] ARISTOPH. Pac. 682 [9] HESYCH. s. v. *λακωνίζειν*. *Λακωνικὸν τρόπον*

tius[1], qui praeterea Cliniae *Κυσολάκωνος τῷ κυσῷ λακωνίζοντος* mentionem fecerunt[2].

Ad puerorum amores fortasse mos spectat sacrificiorum ante pugnam Cupidini factorum, de quibus Athenaeus narrat[3]: *ὡς ἐν τῇ τῶν παραταττομένων φιλίᾳ κειμένης τῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης*. Conferantur Platonis verba de hac ipsa re: *εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν . . . . . μαχόμενοί γ' ἂν μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῷεν ἂν ὀλίγοι ὄντες*[4]. Similia suadet Plutarchus[5]: *ὡς μόνον ἀήττητον ὄντα τὸν Ἔρωτα τῶν στρατηγῶν*.

Brevitas orationis Laconica ne hodie quidem oblivione obruta est et in Sebastiani Franckii proverbiis, ut exemplum afferam, commemorata[6]. Primus illius mentionem facit Homerus, qui de Menelao Spartano dicit:

ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευεν
παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως[7].

Et postea tam saepe occurrit Laconica brevitas, ut locos breviter attulisse satis sit. Commemoratur enim in scholio ad Pindari Isthmia[8], apud Thucydidem[9], Platonem[10], Xenophontem[11], Ciceronem[12]. Demetrius in libro de elocutione scripto exempla huius brevitatis affert[13], de qua Strabo[14], Plutarchus[15], Polyaenus[16], Aelianus[17] prolixe disserunt. Saepius illius mentio fit apud Libanium[18] et Iulianum[19], nec non apud Ausonium[20] et Symmachum[21] et Ennodium[22]. Suidas[23], qui Iuliani epistulam 59

[1] PHOT. s. iisd. v. [2] HESYCH. s. v. *Κυσολάκων*; PHOT. s. ead. v., cf. SUID. s. v. *Λακωνικὸν τρόπον*; LEX. VINDOB. s. v. *λακωνίζει*, p. 120. 6 Nauck; APOST. X 42 [3] ATHEN. 561 E [4] PLAT. sympos. 178 E; 179 D [5] PLUT. amat. 761 BC [6] Franck, Sprichwörter 2, 45 b, cf. Lalebuch p. 9 von Bahder [7] HOM. Il. *Γ* 213 sq. [8] SCHOL. PIND. Isthm. V 87 [9] THUC. IV 84 [10] PLAT. leg. 641 E [11] XENOPH. Hell. I 1. 23 [12] CIC. Brut. 50, ubi vide Krollii notam; CIC. ep. XI 25. 2 [13] DEMETR. de eloc. 102 sq., p. 25. 25 Radermacher, cf. RHET. GRAEC. III 285 Spengel [14] STRAB. p. 36 C [15] PLUT. Lycurg. 19; Demetr. 42 [16] POLYAEN. II 1. 6 [17] AELIAN. var. hist. II 19 [18] LIBAN. ep. 79. 7; 495. 3; 722. 4 Wolf [19] IULIAN. ep. 1 p. 374 A et ep. 59 p. 445 C [20] AUSON. grat. act. IV 19; id. lud. sept. sap. V 137, p. 176 Peiper [21] SYMMACH. ep. I 14 (8). 1; I 45 (39). 2; V 37 (35) Seeck [22] ENNOD. ep. VI 32, p. 167. 12 Hartel; ep. VII 29, p. 195. 3 [23] SUID. s. v. *Λακωνικῶς κτλ.*

adhibet supra laudatam, et Zonaras brevitatem Laconicam non praetermittunt. Zonaras singularem quandam praebet explicationem: *Λακωνίζειν. τὸ γράφειν περὶ πλείστων ὀλίγας συλλαβάς*[1].

Silentio praetereamus artem musicam Doriensem[2], quae in proverbium non abiit, quamquam mores Dorienses natura eius optime illustrabantur, et ad proverbium tandem accedamus *Σπάρταν ἔλαχες, Σπάρταν κόσμει,* quod memoriae prodiderunt scholia ad Theocriti idyllia[3], Synesius[4], Diogenianus[5], Gregorius Cyprius[6], mantissa proverbiorum Corporis Gottingensis[7]. Alii aliter verba explicant:

DIOGEN. VIII 46: *παραινεῖ γὰρ μὴ τοῖς * * ὑπὲρ ἀξίαν ἐπιπηδᾶν.*

GREG. CYPR. II 76: *ὅτι δεῖ στέργειν τῇ δεδομένῃ τύχῃ καὶ ἀνέχεσθαι.*

ARSEN. p. 320: *ἐπὶ τῶν κοσμούντων τὸ κληρονομιαῖον γήδιον.*

Ciceronis locus, qui dicit: „Ergo erimus *ὀπαδοί,* qui *ταγοί* esse noluimus? Sic faciendum est. Tibi enim ipsi . . . sic video placere; reliquum iam est *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει*[8] Gregorium recte explicasse demonstrat.

Messenii[9] in Lacedaemoniorum dominationem bellis Messeniacis redacti[10] tam gravi premebantur servitute, ut de eis esset proverbium *Δουλότερος Μεσσήνης,* cuius a Zenobio[11], in Milleri codice Athoo[12], a Macario[13], in mantissa proverbiorum Corporis Gottingensis[14] mentio fit. Praeterea exstat locutio apud Libanium: *γίνεται δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνὴρ ἐρῶν Μεσσηνίων δουλότερος*[15] . . .

---

[1] ZONAR. s. v. *λακωνίζειν* p. 1291 Tittmann [2] PIND. OL. I 26; ARISTOPH. Equ. 989; ARISTOT. pol. 7 p. 1342 b 15; ATHEN. 184 D; 624 C; 628 B; 632 F, cf. PRATIN. fr. 2, Bergk[4] III 559; THEOCR. XV 93; APUL. metam. X 31; SUID. s. v. *Δωριστί. Δώριος αὔλησις;* APOST. III 61 [3] SCHOL. THEOCR. V 61 [4] SYNES. ep. 101, Migne patrol. graec. vol. 66 p. 1469 [5] DIOGEN. VIII 16; VIII 46 [6] GREG. CYPR. II 76, cf. ARSEN. p. 320 [7] MANT. PROV. II 86 [8] CIC. ad Att. IV 6. 2 [9] Erasm. 404; Bursian II 155 sqq.; Kiepert p. 265; Salzmann p. 34 [10] PAUSAN. IV 14. 5 [11] ZENOB. III 39 [12] MILLER Mél. p. 366 [13] MACAR. III 35 [14] MANT. PROV. I 45 [15] LIBAN. or. XXV 26, vol. II 549 Foerster

Richardus Foerster Libanium haec verba e comoedia hausisse coniecit, cuius versum restituit hunc in modum:

δουλότερός ἐστ' ἀνὴρ ἐρῶν Μεσσηνίων[1].

Conferantur Critiae verba apud Libanium: *ὡς μάλιστα δοῦλοί τε ἐν Λακεδαίμονι καὶ ἐλεύθεροι*[2], denique hic Libanii locus: *δέον ὑμᾶς τὰ Μεσσηνίων καὶ τὰ Εὐβοέων νοσήματα νοσεῖν* (id est: servitutem)[3].

Arcadum[4] victus et cultus cum hodie tum olim eximia quadam erat simplicitate. Non sine aliquo hominis elegantis horrore Athenaeus[5] narrat de cenis Arcadicis parcis et rusticis Hecataeo Milesio[6] et Harmodio Lepreata[7] testibus. *Βαλανηφάγοι* Arcades appellantur in oraculo illo celeberrimo a Pausania commemorato[8]. Sed virtutes rusticae silentio non praetermittendae: erant hospitalissimi et pietatis pleni[9]. Scribendi scilicet arte carebant[10], solum arte musica docti[11] et arte militari, quam ab Ephoro[12] et Hermippo[13] laudatam esse Athenaeus narrat[14]. Paucis verbis, sed concinnis Lucianus morum Arcadicorum imaginem depingit: *πόθεν γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ σοφιστὴς ἢ φιλόσοφος; μέχρι τοῦ πλαγίου αὐλοῦ καὶ τῆς σύριγγος ἐγὼ σοφός, τὰ δ'ἄλλα αἰπόλος καὶ χορευτὴς καὶ πολεμιστής* . . .[15]

„Asini Arcadici“ apud veteres noti erant, et paulatim, ut fieri solet, illa verba ad incolas ipsos referebantur, quod non mirum est in Arcadum ingenio. Vel apud Plautum asini Arcadici occurrunt[16], deinde apud Varronem[17], apud Plinium[18], apud Persium[19], denique apud Ausonium[20]. Ac Iuvenalis primus de Arcadum stupiditate loquitur in satura illa septima[21], ubi magistri miseri dolores describit, qui discipulis res maxime diversas tradit:

---

[1] Herm. XII 212 [2] LIBAN. or. XXV, vol. II 567. 3 Foerster [3] LIBAN. decl. XX, vol. VI 298. 1 Foerster [4] Erasm. p. 405; Novarinus p. 139; Barthélemy, Anacharsis V 210 sqq.; Bursian II 191; Kiepert p. 261; Pauly-Wiss. II 1118; Hotop p. 274; Kurtz p. 309; Otto p. 35 no. 156; Rein p. 27 [5] ATHEN. 148 F [6] FHG I 28 (fr. 355) [7] FHG IV 411 (fr. 1) [8] PAUSAN. VIII 42. 5, cf. Hendess p. 69 no. 119 [9] POLYB. IV 12 [10] IOSEPH. c. Apion. I 4 [11] ATHEN. 626 B [12] FHG I 261 (fr. 97) [13] FHG III 36 (fr. 1) [14] ATHEN. 154 D [15] LUCIAN. bis accus. 11 [16] PLAUT. Asin. 333 [17] VARR. rer. rust. II 1. 4 Goetz [18] PLIN. nat. hist. VIII 43 [19] PERS. sat. III 9 [20] AUSON. 76. 3 p. 313 Peiper [21] IUVEN. VII 160 sqq.

„Quis color, et quod sit causae genus, atque ubi summa quaestio, quae veniant diversae forte sagittae: talia nosse volunt. Occidit miseros crambe repetita magistros". Sed quid pro tantis laboribus? Beatum possidentem esse rati pleno sacculo abeunt discipuli neque unum assem solvunt: nihil se didicisse contendunt, nihil se soluturos esse. „Mercedem appellas?" respondent magistro „Quid enim scio?" Et hominem miserum relinquunt; non est tamen eius culpa, quod nihil didicerunt, „quod laeva in parte mamillae nil salit Arcadico iuveni", nihil ingenii, nihil aciei. Vocem enim „Arcadico" scholiasta explicat glossa: „asino, ac per hoc stulto, hebeti". Eundem habent sensum verba Martiani Capellae „sed quia nunc Arcadicum ac Midinum sapis . . ."[1]; nam significant „asini in modum stupes"; illuduntur et asini Arcadici et Midae regis aures asininae. Arcadici denique asini apud Ioannem Sarisberiensem in libro de nugis curialium scripto commemorantur[2], ubi legimus verba: „Asino Arcadiae te dicet tardiorem". Proverbium *'Αρκάδιον βλάστημα* dicebatur teste Diogeniano[3] *ἐπὶ τῶν δειλῶν,* de hominibus miseris. Spectat locutio sine dubio ad Arcadum paupertatem; ad ignaviam enim verba *ἐπὶ τῶν δειλῶν* mihi non referenda videntur esse, cum Arcades ut homines bellicosissimi noti essent.

Semper bella gerebant, sed aliis tantum laborabant. Aliis opem ferentes vicerunt multos, suo quidem nomine impugnantes neminem. Qua de causa apud Hermippum comicum, cum singulas civitatum proprietates enumerat, legimus teste Athenaeo[4]: *ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' 'Αρκαδίας ἐπικούρους.* Eandem ob causam in proverbii usum cesserunt verba *'Αρκάδας μιμούμενοι,* quo Platonem comicum in Pisandro[5] usum esse Suidas commemorat[6]. Penuria oppressus comoedias Plato a se compositas aliis vendidisse putabatur, unde Arcadas dixit sese imitari. Haud raro poetae fabulas suas aliis docendas tradiderunt, ut Aristophanes Philonidi et Callistrato, Amipsias Phrynicho, alii aliis[7]. — Neque

---

[1] MART. Cap. VI 577 [2] IOANN. SARISBER. de nug. curial. VII 12 [3] DIOGEN. III 42 [4] ATHEN. 27 F; Mein II 408 (fr. 1); KOCK I 243 (fr. 63) [5] MEIN. II 651 (fr. 7); KOCK I 628 (fr. 99) [6] SUID. s. v. *'Αρκάδας μιμούμενοι* [7] Mein. I 161, cf. Naeke, prooem. lect. acad. Bonn. a. 1839 p. III

solum apud Suidam, qui accuratissime proverbium explicavit, verba *Ἀρκάδας μιμούμενοι* occurrunt, sed etiam apud ceteros et paroemiographos et lexicographos. Zenobius[1], Diogenianus[2], Hesychius[3] Platonis comici mentionem non faciunt; deest nomen eius etiam in lexico inscripto *λέξεις ῥητορικαί*[4], item apud Macarium[5]. Sed in Zenobii qui dicitur codice Athoo[6] mentio fit Platonis nec non apud Eustathium[7].

Arcadiae regio erat Azania, cuius incolae propter victus inopiam ut omnes Arcades famosi erant[8]. Sterilitate agrorum summam in egestatem adducti semper cum malis luctabantur. Verba enim *Ἀζάνια κακὰ* spectabant ad homines *κακοῖς προσπαλαίοντας*. Agricolarum industria nihil omnino efficere potuit: messis Azaniorum pessima in proverbium abiit. Zenobius[9] et Diogenianus[10] eisdem fere verbis usi proverbium memoriae prodiderunt. Codex Escurialensis *Σ-I*-20, de quo disseruit Carolus Graux[11], explicationis illius non sensum, sed verba mutavit: *Ἀζαναῖα* [sic] *κακά. ἐπὶ τῶν σκληρὰν γῆν καὶ ἄκαρπον γεωργούντων. οἱ γὰρ τὴν Ἀζάνην γεωργοῦντες πολλὰ κάμνοντες ὀλίγα ὠφελοῦνται διὰ τὸ αὐτὴν σκληρὰν* ⟨*εἶναι*⟩ *καὶ ἄγονον.*

In Eleorum[12] finibus Iovis templum Olympiae situm erat. Sicut Delphi Deliique, ut *μάγειροι* a comicis Elei illuduntur, ut ab Antiphane[13]. Polemo ad eorum mores significandos adhibet epigramma:

Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται; οἷος ἑκάστου
οἶκος, τοιαύτη καὶ συνάπασα πόλις[14].

Erat videlicet ibi vita luxuriosa regionis opulentissimae, quae a peregrinis magnopere frequentata temporibus ludorum Olympia-

[1] ZENOB. II 59 [2] DIOGEN. I 29 [3] HESYCH. s. v. *Ἀρκάδας μιμούμενος* [4] BEKK. ANECD. I 218. 19 s. v. *Ἀρκάδας μιμούμενος* [5] MACAR. II 41 [6] MILLER Mél. p. 365 [7] EUST. Il. B 612 p. 302. 30, cf. PAUSAN. ATT. fr. 72 p. 117 Schwabe; APOST. III 73; ARSEN. p. 76 [8] Erasm. 169; C. O. Müller, Dorier II 436; Meineke, Analect. Alex. p. 159 sq.; Curtius, Pelop. I 162 sq. 180. 380 sq.; Bursian II 189. 264 sqq.; Kiepert p. 262; Pauly-Wiss. II 2639 [9] ZENOB. II 54 [10] DIOGEN. I 24, cf. MACAR. I 44; APOST. I 54; ARSEN. p. 24 [11] Ch. Graux, Rev. de philol. nouv. sér. II 224 [12] Bursian II 276; Kiepert p. 258 [13] ATHEN. 27 D; MEIN. III 138 (fr. 11); KOCK II 115 (fr. 236) [14] POLEMON. fr. 80, p. 125 Preller et FHG III 139 (fr. 80) ex ATHEN. 442 E

eorum omne genus luxuriae praebebat. Apollinem ideo *'Οψοφάγον* Elei venerabantur teste eodem Polemone[1], haud secus atque Iones luxuriosi iurisiurandi loco utebantur verbis: *ναὶ μὰ τὴν κράμβην*[2]; ventri ambo serviebant ut deo. Quae cum ita fuerint, non mirum est quod mores Eleorum non ita boni fuerunt: Stratonicus citharista interrogatus teste Hegesandro[3] apud Athenaeum[4], utrum Boeoti *βαρβαρώτεροι* essent an Thessali, respondit: *'Ηλεῖοι.* In bellis gerendis ut ignavos eos contemptos fuisse Xenophon testatur in Hellenicis[5].

Similiter Zacynthii[6], incolae insulae prope Peloponnesum sitae, teste Agatharchide[7] apud Athenaeum[8] *διὰ τὸ ἐν εὐπορίᾳ καὶ πλούτῳ ζῆν* belli imperitissimi erant.

[1] POLEMON. fr. 70, p. 109 Preller [2] ATHEN. 370 B [3] FHG IV 415 (fr. 11) [4] ATHEN. 350 A [5] XENOPH. Hell. VII 4. 30 [6] Bursian II 378 sqq.; Kiepert p. 296 [7] FHG III 194 (fr. 9) [8] ATHEN. 528 A

DE BOEOTIS ET GRAECIAE SEPTENTRIONALIS INCOLIS

Saepissime fit ut vitium et maledicentia facilius oblivionem effugiant quam laus atque virtus. Ita et Boeotorum proprietates adhuc famosae, quos e mediae Graeciae et septentrionalis civitatibus nunc primos tractemus[1].

Imprimis stupiditas eis obicitur. Haud secus atque apud Abderitas caeli iniquitas causa fuisse dicitur talis tarditatis ingenii: „Athenis tenue caelum erat, ex quo etiam acutiores putantur Attici, crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes“[2]. Quam ob rem apud Horatium, qui male de artibus iudicat, „Boeotum in crasso aëre natus“ esse dicitur[3]; etiam apud Iuvenalem „aër crassum“ ut stultitiae causa occurrit[4]. Itaque ironice sane dicti sunt versus Laonis comici

Βοιωτὸν ἄνδρα στέργε, τὴν Βοιωτίαν
μὴ φεῦγ᾽ · ὁ μὲν γὰρ χρηστός, ἡ δ᾽ ἐφίμερος[5].

Heraclides enim, qui verba illa memoriae prodidit, Laonem his versibus verum dixisse negat[6]: re vera neque Boeotia amoena neque Boeoti ipsi *χρηστοί* erant.

Boeotorum *ἀμαθία* etiam ab Isocrate vituperatur[7] et a Demosthene saepius commemoratur: *ἀναισθήτων* cognomen Thebanis dat[8], quibus sapientia desit[9]. Catalogum vitiorum Boeotorum in

[1] Erasm. 401 sq. 670. 753; Barthélemy, Anacharsis IV 74 sqq.; Wielands Att. Museum I (1796) 341; C. O. Müller, Orchomenos p. 25; Plehn, Lesbiaca p. 161; Pauly-Wiss. III 641: Otto p. 56; Bursian I 201; Kiepert p. 238. 284; Neumann-Partsch p. 41. 54; Philippson, Der Kopaissee in Griechenland und seine Umgebung. Zeitschr. d. Gesellsch. f. Erdk. XXIX (1894) 36; Kurtz p. 310; Koch I 37: Rein p. 26; Salzmann p. 36; W. Rhys Roberts, The ancient Boeotians. Cambridge 1895 [2] CIC. de fat. 7, cf. Script. physiogn. ed. Foerster t. II p. 322 sq. [3] HOR. ep. II 1. 244 [4] IUVEN. X 48 [5] MEIN. IV 574 (fr. 2); KOCK III 382 (fr. 2) [6] PS. DICAEARCH. vel HERACLID. descr. Graec. 22, FHG II 259: cf. E. Fabricius, Die Abfassungszeit der griechischen Städtebilder des Herakleides. Bonner Studien (1890) p. 58 sqq. et G. Pasquali, Herm. XLVIII (1913) 212—219 [7] ISOCR. or. XV (*περὶ ἀντιδοσ.*) 248 [8] DEMOSTH. XVIII (de coron.)

 [9] DEMOSTH. or. V (de pace) 61

Heraclidis descriptione Graeciae legimus[1], sed ipse illa crimina e tota Graecia in Boeotiae urbes confluxisse concedit. Unde Pherecrates comicus scripsit:

Ἄνπερ φρονῇς εὖ, φεῦγε τὴν Βοιωτίαν[2].

Numquam tamen est obliviscendum Athenienses Boeotorum inimicissimos talem in modum de Boeotis iudicasse: omnia haec iudicia invidiae plena sunt[3]. Haud secus atque apud Heraclidem Boeotorum vitia apud Ps. Dionysium perstringuntur, apud quem *Ἕλλην Βοιωτὸς* prorsus hominem simplicem significat[4]. Crimini dat Atheniensibus Plutarchus *τὸ βοιωτιάζειν*[5] (. . . *ὡς ἐμοῦ μηδ' ἂν εἰς Θήβας ἐπὶ τούτῳ κατοκνήσαντος ἐλθεῖν, εἰ μὴ καὶ νῦν Ἀθηναίοις πέρα τοῦ δέοντος ἐδόκουν βοιωτιάζειν*), cuius vituperationis sensus — nam est sane vituperatio — dubius est: significat enim et „a Boeotis stare" et „in Boeotorum modum insipere." Boeotis plus inerat virium quam ingenii[6] ita ut magis firmitati corporis quam ingenii acumini inservirent teste Cornelio Nepote[7]. Apud Tertullianum denique secundum Ciceronis exemplum Thebae Athenis opponuntur: „Thebis hebetes et brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi dicendique acutissimos"[8]. Conferatur quoque disputatio inter Atheniensem et Thebanum quae est in Babrii fabulis[9], in qua Atheniensis sane vincebat; disertus enim fuit rhetor. Alter vero non aequa, quippe Boeotus, oratoriae concertationis arte pollens rudi musa dicit: „Desine . vincis . . ." Ut rudes enim Boeoti illuduntur, quod vel e Luciani Iove tragoedo apparet[10]: Hercules ibi ut erat Boeotus castigatur verbis: *Ἡράκλεις, ὦ Ἡράκλεις, ἄγροικον τοῦτ' εἴρηκας καὶ δεινῶς Βοιώτιον.* Similiter Libanius in epistulis amicum quendam interrogat, quibus cum Boeotis versatus dicendi artem amiserit, et idem Euboeae incolas lusu verborum usus vituperat, *ὅτι εἶεν Βοιωτοί*[11]; nam si quis vere stupidus erat, Boeotus vocabatur ut Lysimachus ille apud Lucianum, qui Boeotus videbatur, ex ipsa autem Attica se esse contendebat[12].

[1] GEOGR. GRAEC. MIN. I 104; FHG II 260 (25) [2] MEIN. II 1. 343 (fr. 7): KOCK I 195 (fr. 160) [3] PS. DICAEARCH. descr. Graec. 7, GEOGR. GRAEC. MIN. I 101 Mueller [4] PS. DION. HAL. rhet. XI 5 [5] PLUT. de gen. Socr. 575 D [6] CORN. NEP. Alc. 5. 2 [7] CORN. NEP. Alc. 11. 3 [8] TERTULL. de an. 20 [9] BABR. fab. 15 [10] LUCIAN. Iup. trag. 32 [11] LIBAN. ep. 445 extr. [12] LUCIAN. iudic. vocal. 7

Sed haec omnia ab inimicis dicta: amici tarditatem Boeotorum ut severitatem antiquam magni aestimabant[1].

Boeoti iam antiquissimis temporibus ab aliis civitatibus contemnebantur. Proverbium enim *Βοιωτία ὗς* iam apud Pindarum commemoratur[2]:

γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσιν
λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν ὗν.

Immo Corinnam ille *Βοιωτίαν σῦν* vocavisse dicitur, videlicet cum dialecto Boeotia uteretur poetria. Narrat rem Aelianus: *Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς ἡττήθη Κορίννης πεντάκις. ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος σῦν ἐκάλει τὴν Κόριννav*[3]. Scholiasta proverbium *Βοιωτία ὗς* dictum esse *ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων* testatur, cuius originem explicat hunc in modum: olim Boeotiam a gente barbara Hyantum habitatam fuisse et ex eorum nomine adnominatione quadam suum Boeotis cognomen datum esse. Verisimilis haec est explicatio, cum populus saepissime talibus veriloquiis utatur. Invenimus illam praeterea apud Strabonem[4], in scholiis ad Apollonii Rhodii Argonautica[5], in Ioannis Tzetzae ad Lycophronis Alexandram commentario[6].

Pindarus autem etiam in dithyrambis proverbium illud commemoravit, quod fragmentum scholiasta ad Pindari Olympia nobis servavit:

Ἦν ὅτε σύας τὸ Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον[7].

Tale proverbium a comicis potissimum accipiebatur. Cratinus illius rationem habet versu:

οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν[8].

Menander autem verbis *οὗτοι δ' αὖ σῦς*[9]. Sed locus Plutarchi, ex quo haec Menandri verba sumpta sunt[10], est valde corruptus;

[1] IUSTIN. VII 5. 3 [2] PIND. Ol. VI 89 sq. [3] AELIAN. var. hist. XIII 25, vol. II 153. 6 sqq. Hercher, cf. Leopold Schmidt, Pindars Leben u. Dichtung p. 17 sqq. [4] STRAB. VII p. 321 C; IX p. 615 C [5] SCHOL. APOLL. RHOD. III 1242 [6] TZETZ. ad Lycophr. Alex. 433 p. 159 Scheer, cf. ARSEN. p. 145 [7] PIND. fr. 83 Schröder, cf. SCHOL. PIND. Ol. VI 89 [8] MEIN. II 225 (fr. 153); KOCK I 103 (fr. 310) [9] MEIN. IV 297 (fr. 299) [10] PLUT. de esu carn. 995 E, vol. VI 108 Bernardakis

nescio qua de causa Meinekius Menandro verba tribuerit, cum poetae nomen illo loco omnino desit. Legitur enim: *τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ἡμᾶς οἱ Ἀττικοὶ καὶ παχεῖς καὶ ἀναισθήτους καὶ ἠλιθίους μάλιστα διὰ τῆς ἀδηφαγίας προσαγορεύουσιν. „οὗτοι δ' αὖ συ * *" καὶ ὁ Μένανδρος „οἳ γνάθους ἔχουσι" καὶ ὁ Πίνδαρος „γνῶναί τ' ἔπειτα."* Bernardakis locum ita supplevit: *„οὗτοι δ' αὖ συ⟨οβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν" ὁ Κρατῖνός φησιν⟩ καὶ ὁ Μένανδρος „οἳ γνάθους ἔχουσι" κτλ.* Pindari vel aliorum versus apud posteros iterum atque iterum occurrunt. Galenus duos Pindari locos affert[1], Themistius solum verba *Βοιωτία ὗς*[2], item Stephanus Byzantius[3]. Sed addit glossam e comico quodam, ut coniecit Meinekius, depromptam: *βοιωτιάζειν ἔμαθες.* Hesychius Cratini illud verbum *συοβοιωτοί* adhibet[4], Cosmas Hierosolymitanus *Βοιωτίαν ὗν* commemorat[5]. In Etymologico Magno *Ἐγκτῆνες* Boeoti vocantur *ὥσπερ καὶ Ὕαντες: διὰ τὸ κτηνώδεις εἶναι καὶ χοιρώδεις*[6]. Verbotenus Hesychium sequitur Photius[7]; Suidas[8] et Macarius[9] proverbium ipsum attulisse satis habent adiecta interpretatione *ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων καὶ ἀπαιδεύτων.* Ad proverbium et Pindari locum alludit Eustathius[10].

Simillimum est proverbio *Βοιωτία ὗς* proverbium *Βοιώτιον οὖς* neque solum simillimum, si formam respicimus: consentit etiam sensus. *Βοιώτιον οὖς* dicebatur teste Diogeniano[11] (cf. Apostolium[12]) *ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων καὶ ἀπαιδεύτων.* Sed aures Boeotiae etiam alibi occurrunt: in etymologico enim quod dicitur Gudianum invenimus glossas: *Βοιωτοί· ἐκ τοῦ βοῶν ⟨ἔχειν⟩ τὰ ὦτα*[13] et: *Βοιωτοὶ δὲ ὠνομάσθησαν παρὰ τὸ βοῶν ὦτα ἔχειν*[14]. Est videlicet derivatio talis, qualis *Βοιωτία ὗς* ex Hyantibus derivata. Maximus confessor rem copiosius explicat. Antagoram enim

[1] GALEN. protr. 7, vol. I 15 Kühn; Script. min. I 112. 15 sqq. Marquardt [2] THEMIST. or. XXVII p. 334 B [3] STEPH. BYZ. s. v. *Βοιωτία* [4] HESYCH. s. v. *Συοβοιωτοί* [5] COSMAS ad Greg. Naz. carm. LXIV, Mai spicil. Roman. II 176 [6] ET. M. p. 311. 36 s. v. *Ἐγκτῆνες* [7] PHOT. s. v. *Συοβοιωτοί* [8] SUID. s. v. *Βοιωτία ὗς* [9] MACAR. II 79 [10] EUST. ad Dion. Perieg. 426, GEOGR. GR. MIN. II 297 [11] DIOGEN. III 46; DIOGEN. VIND. II 1 [12] APOST. V 16a [13] ET. GUD. p. 276. 19 de Stefani, cf. Reitzenstein, Gesch. d. griech. Et. p. 88 [14] ET. GUD. s. v. *Βοιωτία* p. 277. 15 de Stefani

Boeotis Thebaidem suam recitavisse, sed neminem eum intellexisse ita ut libro abiecto diceret: *εἰκότως καλεῖσθε Βοιωτοί, βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε*[1]. Eadem fere res de Antimacho narratur apud Ciceronem[2]; sed narrationem illam ad eum vix referendam esse Guilelmus Kroll ostendit[3]: res chronologicae discrepant. Ad Antagoram ergo videtur potius fabula spectare[4].

Sicut *Βοιώτιον οὖς* etiam *Βοιώτιος νοῦς* in proverbium abiit, quod non mirum; testantur adagium Gregorius Cyprius[5] et Apostolius[6]. Adhibeatur praeterea scholiasta ad Hesiodi theogoniae v. 1: *οἱ Βοιωτοὶ ἔσθ' ὅτε ὡς ἰδιῶται διεβάλλοντο*[7].

Boeotorum voracitas saepissime perstringitur. Cratini locum huc referendum servavit scholiasta ad Pacem Aristophanis[8], qui Herculem edacem deridet: „*ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγει καὶ σκώπτοντες ταῦτα οὐ βοιωτόν ἐστιν.*“ Porsonus se huius loci neque verba neque metrum satis expedire posse profitetur; sed utique pro *οὐ βοιωτόν* legendum esse illud *συοβοιωτόν*[9]. Bergkii coniectura locum magis illustrat[10]; scripsit pro *ἄγει: ἀεί;* pro *σκώπτοντες* fortasse scribendum est *σκώπτοντος*, quae lectio verbo praecedenti *πεινῶντος* probatur. Quibus verbis mutatis locus hunc in modum legendus est:

ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἀεὶ
καὶ σκώπτοντος „ταῦτ' οὐ βοιωτόν ἐστιν.“

Id est: „Ab Hercule, qui semper est fame pressus et cavillatur: hoc non est Boeotorum mos (sc. famem pati)“; Boeotorum enim mos est voracitas. — Sed ne sic quidem mutatus locus sanus est: sensus quidem rectus, sed metrum claudicat. Sed si pro *βοιωτόν* legeretur *Βοιωτῶν*, medela adesset, qua accepta metrum anapaesticum verbis inesse nemo negabit.

---

[1] MAXIM. CONFESS. serm. XV extr., II 580 Combefis; cf. APOST. V 13 et ARSEN. p. 146 [2] CIC. Brut. 191 [3] cf. Kroll ad Cic. Brut. 191 [4] cf. Welcker, Ep. Cycl. I² 100 et Kleine Schriften I 396 [5] GREG. CYPR. I 91; GREG. CYPR. MOSQ. II 45 [6] APOST. V 11 [7] SCHOL. HESIOD. theog. 1 [8] SCHOL. ARISTOPH. Pac. 741; MEIN. II 224 (fr. 152); KOCK I 102 (fr. 308) [9] cf. Porson. praef. ad Eurip. Hecub. p. 58 [10] Bergk. comment. p. 287

Similem habet sensum Menandri versus a Plutarcho traditus[1]: *οἳ γνάθους ἔχουσι*, quae verba ad Boeotos spectant[2]; haud secus de homine quodam edace Eupolis dicit *ὄνου γνάθους*[3]. Comicorum de Boeotorum edacitate testimonia collegit Athenaeus[4]: illudit illam Eubulus in Antiopa[5], Europa[6], Ione[7], in Cercopibus[8] et in Mysis[9], Diphilus in Boeotio[10], Mnesimachus in Busiride[11], Alexis in Trophonio[12], Demonicus in Achelonio[13]. Sed etiam Achaeus tragicus Boeotos voraces commemorat[14]:

A. *πότερα θεωροῖς εἴτ' ἀγωνισταῖς λέγεις;*
B. *πόλλ' ἐσθίουσιν ὡς ἐπασκούντων τρόπος.*
A. *ποδαποὶ γάρ εἰσιν οἱ ξένοι; B. Βοιώτιοι.*

Voracitas illa in luxuriam Boeotos duxisse videtur. Polybius enim narrat Boeotos, quamquam pugna apud Leuctram facta summam gloriam adepti essent, tamen postea luxuria corruptos esse: *ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς καὶ ὁρμήσαντες ἐπ' εὐωχίας καὶ μέθας διέθεντο . . .*[15], quod similiter apud Eustathium legimus: *ἐμέριζον συσσιτίοις τὸ πλέον τῆς οὐσίας καὶ πολλοῖς τῶν Βοιωτῶν ὑπῆρχε δειλινὰ τοῦ μηνὸς πλείω τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν*[16].

Βοιώτιος νόμος de Boeotorum arte musica apud veteres notissima dicebatur. Iam Sophocles (similiter Epicharmus[17] et Aristophanes[18]) illum *νόμον* commemorat in fragmento, quod Zenobius tradidit[19]:

Ὅταν τις ᾄδῃ τὸν Βοιώτιον νόμον[20],

---

1 PLUT. de es. carn. 995 E 2 MEIN. IV 297 (fr. 299); KOCK III 238 (fr. 911) 3 MEIN. II 572 (fr. 85): KOCK I 365 (fr. 434); HESYCH. et PHOT. s. v. *ὄνου γνάθος* 4 ATHEN. 417 B sqq. 5 MEIN. III 208 (fr. 1); KOCK II 169 (fr. 12) 6 MEIN. III 222: KOCK II 176 (fr. 34) 7 MEIN. III 224 (fr. 3); KOCK II 177 (fr. 39) 8 MEIN. III 230 (fr. 2): KOCK II 181 (fr. 53) 9 MEIN. III 237: KOCK II 187 (fr. 66) 10 MEIN. IV 385; KOCK II 547 (fr. 22) 11 MEIN. III 567; KOCK II 436 (fr. 2) 12 MEIN. III 490 (fr. 1); KOCK II 383 (fr. 237) 13 MEIN. IV 570: KOCK III 375 (fr. 1) 14 FRAGM. TRAG. p. 747 Nauck² (fr. 3) 15 POLYB. XX 4. 1; ibid. VI 5; ATHEN. 418 B 16 EUST. Il. N 685 p. 933. 31 17 O. Crusius, Philol. Suppl. A. VI 288 sq. (Epicharm und die Paroemiographen.) 18 ARISTOPH. Acharn. 14 c. schol., cf. PLUT. I 77; SUID. s. v. *Βοιωτία*; GREG. CYPR. I 92; GREG. CYPR. MOSQ. II 47; MACAR. II 80; APOST. V 4 19 ZENOB. II 65 20 fr. 881 Nauck² p. 336

quibus verbis additum est in codice Parisino Suppl. Graec. 676 versus

τὰ πρῶτα μὲν σχολαῖον εὔτονος ἀεί[1],

vel, ut scribit Nauckius: *τὰ πρῶτα μὲν σχολαῖον, εἶτα δ' εὔτονον.*

Boeotiarum urbium vitia collegit Heraclides in descriptione Graeciae, quam olim Dicaearcho viri docti tribuerunt. Anthedonii erant rapaces et *πλεονεξία* eis crimini datur[2]. Coronaei ut homines curiosi vituperantur[3], Haliartii ut *ἀναίσθητοι*[4]. Oropi turpe lucrum sedem habebat in hominibus illis rudibus, qui, quamquam Athenienses elegantes esse student, tamen nil nisi Athenienses Boeotici sunt[5]. Plataeenses ut gloriosi et ut remiges noti[6], Thespienses denique ut *φιλόνεικοι*[7].

Thebani solum et Tanagraei etiam apud ceteros scriptores commemorantur. Thebani[8] stulti erant ut omnino Boeoti. Isocrates eorum *ἀμαθίαν* castigat[9] et Demosthenes *ἀναισθήτους* eos vocat[10]. Praeterea *ὕβρις* teste Heraclide Thebis vigebat[11] cenaeque Thebanae imprimis famosae erant[12]. Proverbium dicebatur de Thebanis *Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ;* Qui Thebis se ipsos interfecerant, nullo honore digni putabantur[13]; locutio ergo *ἵνα ἥρως γένῃ* dicta est *κατ' εὐφημισμόν.*

Tanagrae[14] meretrices et apud Graecos et apud Romanos famosae erant. Sophili enim fragmentum apud Athenaeum[15] servatum

κωμάσαι
πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ . . .[16],

ut Meinekio visum est, ad meretrices Tanagraeas spectat, quas etiam a Menandro castigatas esse Stephanus Byzantius testatur[17].

---

[1] L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 69 [2] FHG II 260; Pauly-Wiss. I 2361; Bursian I 214 [3] Kiepert p. 285; Bursian I 79; FHG II 260 [4] Kiepert p. 285; FHG II 260 [5] FHG II 260; GEOGR. GR. MIN. I 104 Mueller, cf. Adolf Wilhelm, Parerga. Wiener Eranos 1909 p. 129 sqq. [6] Bursian I 243 sq.; Kiepert p. 285; FHG II 260; STRAB. IX p. 406 C; EUST. Il. B 502 p. 267. 38 [7] Bursian I 237 sq.; FHG II 260 [8] Bursian I 224 sqq.; Kiepert p. 285 [9] ISOCR. XV *(περὶ ἀντιδόσ.)* 248 [10] DEMOSTH. XVIII (de coron.) 43 [11] FHG II 260 [12] ATHEN. 148 D [13] PLUT. I 47; ZENOB. VI 17; PHOT. s. v. *Τί οὐκ ἀπήγξω*; SUID. s. iisd. v.; GREG. CYPR. III 80; APOST. XVI 72; ARSEN. p. 493 [14] Erasm. 397; Kiepert p. 285; Bursian I 221 sqq. [15] ATHEN. 640 D [16] MEIN. III 581; KOCK II 445 (fr. 4) [17] STEPH. BYZ. s. v. *Τανάγρα*, cf. MEIN. IV 321 (fr. 451); KOCK III 249 (fr. 980)

Similiter Cicero: „Tanagraea quaedam meretrix fuisse dicitur. Eius non longe a Tanagra simulacrum in sepulcro positum fuit“ [1].

Invidia Tanagraeorum propria erat teste Heraclide [2]. Praeterea de eis dicebatur proverbium *Ταναγραῖον κῆτος* vel *Ταναγραίων φυήν*. Virum enim crassum Tanagrae habitasse Ephorus narrat apud Hesychium [3], cui nomen fuisset *Κητεύς*. Ad divitias autem, non ad crassitudinem proverbium refert Athenaeus verbis: *ὑπερπλουτοῦντας τῷ Ταναγραίῳ κήτει ἐοικέναι* [4]. Fortasse spectat locutio ad edacitatem Boeotorum, de qua supra egimus: homines crassos reddebat voracitas.

Praeclarissimum erat Delphis [5] illud Apollinis templum et oraculum, ad quod consulendum permulti omnibus ex Graeciae civitatibus confluebant. Sed Delphi ipsi, quorum agri non ita fertiles erant teste Libanio [6], vix habebant, quibus vitam degerent. Alludit ad hanc Delphorum victus inopiam proverbium *Δελφὸς ἀνήρ, στέφανον μὲν ἔχων, δίψει δ' ἀπολωλώς*, quod Aristophanes in Equitibus detorquet in *Κοννᾶς* [7], *στέφανον μὲν ἔχων αὗον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς* [8], irridens videlicet teste scholiasta Cratinum, qui ebrietati deditus erat. Etiam Eupolis proverbium usurpavit versibus: *ἀναρίστητος ὤν, | κοὐδὲν βεβρωκώς, ἀλλὰ γὰρ στέφανον ἔχων* [9], ubi Kockius pro *κοὐδὲν βεβρωκώς* mavult *κοὐδὲν πεπωκώς* (ut Aristophanes: *δίψῃ δ' ἀπολωλώς*), cum *κοὐδὲν βεβρωκώς* fere nihil aliud sit quam *ἀναρίστητος* ideoque superfluum. Lucianus quoque proverbii meminisse videtur: *τὸ μὲν γὰρ λιμῷ ξυνόντα καὶ νὴ Δία γε διψῶντα μύρῳ χρίεσθαι καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλήν, σχῆμα παγγελοῖον* [10], itemque Libanius in epistulis [11]. Apud paroemiographos et lexicographos proverbium saepius occurrit: mentio enim illius fit apud Diogenianum [12],

[1] CIC. de dom. 111 [2] FHG II 260 [3] HESYCH. s. v. *Ταναγραίων φυήν* [4] ATHEN. 551 A [5] Erasm. 54; Kiepert p. 287; Bursian I 170 sqq.; Rein p. 28; Salzmann p. 37 [6] LIBAN. decl. XI, vol. I 441. 18 Foerster [7] cf. CRATINI fr. inc. 317, KOCK I 105 (ex schol. ARISTOPH. Equ. 534); MEIN. II 222 (fr. 143) [8] ARISTOPH. Equ. 534 cum schol. [9] BEKK. ANECD. (*συναγωγὴ λέξεων χρησίμων* s. v. *'Αλλὰ γάρ*) 377. 8; MEIN. II 447 (fr. 3); KOCK I 273 (fr. 68); cf. ATHEN. 47 E et SUID. s. v. *ἀλλὰ γάρ* [10] LUCIAN. de merc. cond. 28 [11] LIBAN. ep. 208. 4 [12] DIOGEN. IV 26, cf. MACAR. III 24 et ARSEN. p. 178

in Etymologico quod dicitur Magnum[1], denique apud Suidam[2].

Aviditas sacerdotum Delphorum, quos breviter commemorat Callimachus[3] in Etymologico Magno Florentino[4], e proverbio *Δελφικὴ μάχαιρα* apparet. Etiam Achaeus tragicus eam illudit *καρυκκοποιοὺς* Delphos vocans[5], *παρόσον τὰ ἱερεῖα περιτέμνοντες δῆλον ὡς ἐμαγείρευον αὐτὰ καὶ ἐκαρύκκειον.* Res similiter se habet atque apud Eleos Deliosque: incolae victum quaerebant ex hospitibus recipiendis neque hac in re nimia modestia utebantur etiam illis antiquissimis temporibus. Unde dictum erat proverbium *Δελφικὴ μάχαιρα,* cuius sensus est: quidquid Delphis dedicas dis excipient sibi optimam sacerdotes partem, vel ut verbis utamur in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis traditis: *Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς οὐ φαγῇ κρέας*[6]. Hanc ad rem spectant Aristophanis verba

ἀλλ' ὦ Δελφῶν πλείστας ἀκονῶν
Φοῖβε μαχαίρας
καὶ προδιδάσκων τοὺς σοὺς προπόλους[7].

Δελφικὸν ξίφος occurrit apud Euripidem, qui dicit de Neoptolem morte[8]: *θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει.* Interfectus enim est ille a sacerdote Delphico Machaereo *(μάχαιρα)* filio Daetae *(δαίτης)*[9]: optime haec nomina quadrare in sacerdotes avidos quis est qui neget? *Δελφικὴ μάχαιρα* commemoratur ab Aristotele[10], Aenea Gazaeo[11], Hesychio[12], Eustathio[13], Macario[14], in appendice proverbiorum[15]. Denique conferatur Etymologici Gudiani glossa: *οἱ γὰρ πονηροὶ Δελφοὶ προσηγορεύοντο · καὶ οἱ Τυρρηνοὶ διὰ τὴν πονηρίαν*[16].

Locri[17] ut homines fraudulenti noti erant. Proverbium enim

[1] ET. M. 255. 13, s. v. *Δελφοί* [2] SUID. s. v. *Δελφὸς ἀνὴρ κτλ.* [3] CALLIMACH. fr. 450, vol. II 616 Schneider [4] MILLER Mél. p. 84 [5] ATHEN. 173 D; FR. TRAG. p. 749 Nauck² (fr. 12) [6] APP. PROV. I 95 [7] ATHEN. 173 C et EUST. Od. ζ 209 p. 1560. 19; ARISTOPH. fr. 684 Geld.-Hall [8] EURIP. Orest. 1656 [9] SCHOL. PIND. Nem. VII 62; STRAB. IX p. 421 C; PAUSAN. X 24. 4 [10] ARISTOT. pol. I 2, p. 1252 b 2; cf. C. Goettling, De machaera Delphica quae est apud Aristotelem. Ienae 1856 [11] AEN. GAZ. ep. 17 [12] HESYCH. s. v. *Δελφικὴ μάχαιρα* [13] EUST. Od. ζ 209 p. 1560. 19 [14] MACAR. III 22 [15] APP. PROV. I 94 [16] ET. GUD. 138. 3 Sturz, s. v. *Δέλφακες* [17] Erasm. 135. 346; Kurtz p. 315; Wunderer p. 26 sqq.; Kiepert p. 288; Bursian I 144

Λοκρῶν σύνθημα[1] vel *Λοκροὶ τὰς συνθήκας*[2] dicebatur *ἐπὶ τῶν παρακρουομένων*, quia olim Locri foedere cum Peloponnesiis facto cum Herculis filiis faciebant illos decipientes.

Etiam in deos Locri fraudibus uti audebant. Cum enim bos ad sacrificium deesset, sacra celebrabant *σικύοις ὑποθέντες ξύλα μικρὰ καὶ σχηματίσαντες βοῦν* testibus Plutarcho[3], Zenobio[4], Diogeniano[5], Apostolio[6], qua de causa *Λοκρικὸς βοῦς* in proverbium abiit. Nec secus Melii, cum bos Herculi mactandus aufugisset, *μῆλον λαβόντες καὶ κλάδους ὑποθέντες ἔθυσαν*[7]. Similis mihi ratio in hoc sacrificiorum modo inesse videtur atque in superstitionis more, quem dicimus Surrogat, ubi, si quis ad mortem deducendus erat, quasi *εἴδωλον* eius ligabatur funibus, vel si quis interficiendus erat, pupula quaedam cerea igni delenda mandabatur[8]. Eandem fere rem ab Empedocle philosopho commemoratam esse Robertus Eisler (Diels falso: Stengelius) ostendit[9]: *τὴν* (sc. *Κύπριν*) *οἵ γ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο* || *γραπτοῖς τε ζώιοισι μύροισί τε δαιδαλεόδμοις κτλ.*[10] Tales „pias fraudes" ab hominibus temporum primitivorum persaepe adhiberi et ab Etruscis quoque et Aegyptis „animalia picta" dis sacrificata esse. Empedocles ipse Phavorino[11] apud Diogenem Laertium[12] teste sacrificabat bovem factum *ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων*.

Feminas Locrenses *ἀφέτους* fuisse Athenaeus narrat[13]. Nam teste Iustino Locri, „cum Reginorum tyranni Lycophronis bello premerentur (467—461), voverant, si victores forent, ut die festo Veneris virgines suas prostituerent"[14]. Re vera Venus im-

[1] ZENOB. IV 97; DIOGEN. VI 17; HESYCH. s. v. *Λοκρῶν σύνθημα*; PHOT. s. v. *Λοκρῶν ξυνθήματα*; SUID. s. v. *Λοκρῷ ξυνθήματι*; EUST. Il. B 529 p. 275. 43; APOST. X 76; ARSEN. p. 337; L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 36 no. 141 [2] POLYB. XII 12 a 1 Büttner-Wobst; ZENOB. V 4; MILLER Mél. p. 359; MACAR. V 65; L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 28 no. 2 [3] PLUT. I 24 [4] ZENOB. V 5 [5] DIOGEN. VI 23 [6] APOST. X 78 [7] cf. Lobeck Aglaopham. 1081 et ZENOB. V 22; HESYCH. s. v. *Μήλων*; SUID. s. v. *Μήλιος*; POLL. I 30 sq. [8] cf. Franz Skutsch, Zur „Geschichte Gottfriedens von Berlichingen dramatisiert." Festschr. der schles. Gesellschaft f. Volkskunde zur Jahrhundertfeier der Universität Breslau (1911) p. 525 sqq. [9] Robert Eisler, Bildopfer bei Empedocles. Arch. f. Religionsw. XIII (1910) 625 sq. [10] Diels Vorsokr.³ I 271. 24 (fr. 128) [11] FHG III 578 (fr. 3) [12] DIOGEN. LAERT. VIII 51 sqq.; cf. Diels Vorsokr.³ I 194. 23 [13] ATHEN. 516 A [14] IUSTIN. XX 3. 2

primis Locris colebatur, cuius religionis vestigia W. A. Oldfather nuper invenit[1].

Proverbium *Φωκικὴ ἀπόνοια*[2] non tam ad Phocensium mores quam ad res ab illis gestas spectat. Dicebatur teste Stephano Byzantio *ἐπὶ τῶν τὰ ἀναλγῆ βουλευομένων*[3], quocum conferendum est, quod Polybius de Phocensibus narrat[4].

De Aetolis[5] dicebatur *Αἰτωλικὸς λόγος*[6]; erant bellicosi et audaces, quam ob rem iam apud Agatharchidem historicum legimus: „*Αἰτωλοὶ τοσούτῳ τῶν λοιπῶν ἑτοιμότερον ἔχουσι πρὸς θάνατον, ὅσῳπερ καὶ ζῆν πολυτελῶς καὶ ἐκτενέστερον ζητοῦσι τῶν ἄλλων*“[7]. Livius Aetolos „ferociorem quam pro ingeniis Graecorum gentem“ vocat[8]; inimicissimus autem Aetolorum est Polybius, qui persaepe eos vituperat: *ἔμφυτον ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν* eis obicit[9], et *Αἰτωλικὸν λόγον*, i. e. *θεατρικὸν* commemorat[10]: sed iudex iustus non est. Vitium Aetolicum occurrit etiam in carmine quodam populari: „*Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας, νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω*“[11].

Thessaliae incolae[12] saepe in proverbiis denotantur. Thessalae veneficae imprimis famosae erant[13] et ab auctoribus iterum atque

[1] W. A. Oldfather, Die Ausgrabungen zu Lokroi. Philol. N. F. XXV (1912) 325 sqq.; cf. Wilhelm, Oesterr. Jahreshefte XIV 163 et Hauser ibid. XV 168 [2] Erasm. 156. 223; Bursian I 156; Kiepert p. 286; Wunderer p. 114 [3] STEPH. BYZ. s. v. *Φωκίς* [4] POLYB. XVI 32 [5] Erasm. 310. 750; Bursian I 126; Kiepert p. 292; Pauly-Wiss. I 1115; Wunderer p. 106 sq. [6] DION. HAL. Din. 11 [7] ATHEN. 527 B, FHG III 192 (fr. 2) [8] LIV. XXVII 30. 5 [9] POLYB. II 45, cf. II 49; IV 3. 67; XIII 1 [10] POLYB. XVII 4 [11] ATHEN. 253 EF, Bergk[4] III 675 (carm. pop. 46 v. 29) [12] Erasm. 197. 252. 346. 351. 411. 446. 458; Barthélemy, Anacharsis IV 101; C. O. Mueller, Orchomenos p. 408 sq.; Bursian I 46 sq.; Kiepert p. 302; Koch I 35; Bauck p. 41; Rohdewald p. 37; von Wyss p. 22; Grünwald p. 8; Kurtz p. 313; Rein p. 27; Salzmann p. 36; praeterea Dedo, De antiquorum superstitione amatoria, Diss. Gryph. 1904, passim, et Fahz, De poetarum Romanorum doctrina magica, Diss. Giess. 1904, passim. De nominis forma: *Θετταλαί* schol. ARISTOPH. Nub. 748; *Θετταλή* STEPH. BYZ. s. v. *Θεσσαλία* et HESYCH. s. v. *Θεσσαλαί*; *Θεσσαλή* CIG I 852 Boeckh [13] cf. Adam Abt, Die Apologie des Apuleius von Madaura und die antike Zauberei, Giessen 1908, p. 51 not. 2; p. 96. 99. 124; praeterea de arte magica Roscher, Lex. d. Myth. II 2. 3166 et APUL. metam. I 2. 11; ibid. I 3. 17; DIOG. LAERT. VIII 59; THEOCR. idyll. II, cf. R. Wünsch, Hessische Blätter für Volkskunde 1909 (VIII 2), qui commentarium praebet in Theocriti *φαρμακευτρίας*.

iterum castigabantur[1]. Lunam et sidera e caelo deducere poterant[2], cui rei semper studebant magae sagaeque[3]. Tales Thessalarum ambages in imagine vasis cuiusdam Attici expressae sunt[4]: duae feminae nudae, e quibus altera baculum, altera gladium tenet, manus tollunt ad lunam in circuli speciem delineatam adiectis litteris *καλη* et *ọι ποτνια σελα* (= ⟨*κλῦ*⟩ *ϑι πότνια σελά*⟨*να*⟩[5]).

Thessali ipsi ut *ἄπιστοι* et *κατάπτυστοι* ab Isocrate[6] et Demosthene[7] vituperantur. Similiter Ps.-Dionysius Halicarnaseus *῞Ελληνα Θετταλόν · διπλοῦν καὶ ποικίλον* vocat[8] et *Θεσσαλὸν* Hesychius *ἐπὶ ἀπάτης* dictum esse testatur[9]; eandem proprietatem Suidas castigat[10]. Unde dicebatur proverbium *Θετταλῶν σόφισμα*[11]

[1] ARISTOPH. Nub. 749 c. schol.: MENANDRI *Θετταλή*, MEIN. IV 132 sqq. KOCK III 65 sqq., cf. PLIN. nat. hist. XXX 1. 7; PLAUT. Amphitr. 1043; HOR. carm. I 27. 21; ibid. ep. II 2. 209; LUCAN. VI 457; LUCIAN. dial. mer. IV 1; LIBAN. ep. 1448. 1 Wolf; NONN. Dionys. XXII 76; HESYCH. s. v. *Θεσσαλαί*; SUID. s. v. *Θετταλὴ γυνή* et *Σίβυλλα Θετταλή*; APOST. VIII 85; ANTH. PAL. XIV 140; cf. Goethe, Faust II, klassische Walpurgisnacht: „So wär es wahr, daß dich thessalische Frauen in frevelnd magischem Vertrauen von deinem Pfad herabgesungen?“ [2] ARISTOPH. Nub. 749; PLAT. Gorg. 513 A; SCHOL. APOLL. RHOD. III 533; SOSIPHAN. Meleagr. fr. 1, Trag. gr. fr. p. 819 Nauck[2]; HOR. epod. V 45; SENEC. Phaedr. II 420 sq.; Herc. Oet. 525; DIO CHRYS. or. XLVII 8, vol. II 82. 27 Arnim; PLUT. coniug. praecept. 145 C: de defect. orac. 416 F et 417 A; ibid. de Pyth. orac. 400 B; LUCIAN. dial. mer. I 2; HESYCH. s. v. *καϑελεῖν σελήνην*; APOST. VII 81 [3] OVID. Metam. VII 207; VERG. ecl. VIII 69; HOR. epod. XVII 5; TIBULL. carm. I 2. 45; I 8. 21; PROPERT. carm. I 1. 19; IV 5. 13; PLUT. prov. II 13; LUCIAN. dial. deor. XII 1; Philopseud. 13. 14; ZENOB. IV 1; VII 81 [4] Eduard Gerhard, Gesammelte akademische Abhandlungen (Berlin 1866), vol. I 145. 347, Taf. VIII 8; cf. W. H. Roscher, Über Selene und Verwandtes (Leipz. 1890) p. 87 sqq., 174 sqq.; Roschers Lexikon II 2. 3166; Sal. Reinach, Répertoire des vases peints II 319 [5] Dilthey, Mus. Rhen. XXVII 389 [6] ISOCR. ep. II 20 [7] DEMOSTH. or. I (Olynth. 1) 22; XVIII (de coron.) 43; XXIII (contr. Aristocr.) 112 [8] PS. DION. HAL. rhet. XI 5 [9] HESYCH. s. v. *Θεσσαλόν* [10] SUID. s. v. *ἀνδραποδίζω* [11] HEROD. VII 130; EURIP. Phoen. 1407 c. schol.; ATHEN. 11 B; ZENOB. IV 29, cf. MILLER Mél. p. 354; HESYCH. s. v. *Θετταλὸν σόφισμα*; PHOT. s. v. *Θετταλῶν σόφισμα*; SUID. s. ead. v. et s. v. *Θετταλὸν σόφισμα*; LEX. VINDOB. 168. 17 Nauck s. v. *σοφιστής*; MACAR. IV 66; MANT. PROV. I 70; APP. PROV. III 20; IV 93; L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 36 no. 119

vel *Θεσσαλὸν νόμισμα*[1]. Praeterea ut *ἀνδραποδισταὶ* famosi erant testibus Aristophane[2] et Eustathio[3].

Thessalorum luxuria[4] et e vestitu Thessalo luxurioso[5] et ex eorum edacitate a comicis saepe derisa apparet[6], quam ob proprietatem *ὁ μέγας ψωμὸς* dicebatur *Θετταλικὴ ἔνθεσις*[7].

Tamen Thessali luxuria imbelles non facti sunt; nam equos et equites Thessalicos[8] egregia fama usos esse ostendunt proverbium *Ἱππεῖς ἐν Θετταλίᾳ καὶ Θρᾴκῃ*[9] et oraculum verbis incipiens *ἵππον Θεσσαλικὴν Λακεδαιμονίην τε γυναῖκα*[10], de quo accuratius supra (p. 30 sq.) in Megarensium moribus illustrandis egimus. Equorum imagines etiam in Thessalorum nummis expressae erant[11].

---

[1] PHOT. s. v. *Θεσσαλὸν νόμισμα*; SUID. s. v. *Θεσσαλῶν νόμισμα* [2] ARISTOPH. Plut. 521 [3] EUST. Il. H 474 p. 692. 27 [4] CRIT. fr. 1. Bergk[4] II 279, cf. ATHEN. 28 B; THEOPOMP. FHG I 308 (fr. 178), cf. ATHEN. 260 B; idem FHG I 286 (fr. 54) et CRIT. FHG II 69 (fr. 7), cf. ATHEN. 527 A; ATHEN. 463 F; EUST. Il. B 732 p. 331. 14 sqq., cf. EUST. Il. *Λ* 477 p. 857. 32; Hotop p. 280; PAUSAN. ATT. fr. 204 p. 172 Schwabe; POLL. VII 112; X 47 [5] DIOGEN. V 20; STEPH. BYZ. s. v. *Θεσσαλία*, cf. MEIN. II 507 (fr. 21), KOCK I 313 (fr. 201); HESYCH. s. v. *Θετταλικὰ πτερά* et s. v. *ἐν[τε]θε[τ]ταλίσθαι*; PHOT. s. v. *Θετταλικὰ πτερά*; ET. M. 448. 39 s iisd. v.; APOST. VIII 88, cf. SUID. s. v. *Θετταλικαὶ πτέρυγες*; ARSEN. p. 287 [6] ARISTOPH. fr., MEIN. II 1150 (fr. 4), KOCK I 519 (fr. 492); ANTIPHAN. fr., MEIN. III 142 (fr. 20), KOCK II 124 (fr. 276); XENARCH. fr., MEIN. III 624 (fr. 2), KOCK II 472 (fr. 11); PHILETAER. fr., MEIN. III 296, KOCK II 233 (fr. 10); CRATET. fr., MEIN. II 241 (fr. 2), KOCK I 136 (fr. 19); ERIPH. fr., MEIN. III 559, KOCK II 430 (fr. 6), cf. ATHEN. 137 D; MNESIMACH. fr., MEIN. III 578 (fr. 2), KOCK II 441 (fr. 8); ALEX. fr., MEIN. III 480 (fr. 1), KOCK II 375 (fr. 213); cf. ATHEN. 418 B et 137 CD [7] HERMIPP. fr., MEIN. II 399 (fr. 4), KOCK I 235 (fr. 41); POLL. VI 43; HESYCH. s. v. *Θετταλικὴ ἔνθεσις*; PHOT. s. ead. v.; MACAR. IV 67 [8] SOPH. El. 703; ISOCR. or. XV *(περὶ ἀντιδοσ.)* 298; DEMOSTH. or. VI (contra Philipp. 2) 14; THEOCR. idyll. XIV 12; ibid. XVIII 30; STRAB. VIII p. 388 C; VARR. rer. rust. II 7. 6, p. 98. 16 Goetz; PLUT. Pyrrh. 17; ARISTID. or. XLVI p. 422, vol. II 334 Dindorf; POLYAEN. VI 18 p. 297 Melber; ARRIAN. Anab. I 14. 3; III 11. 10; III 19. 5; ARRIAN. cyneg. XXIII 2; PAUSAN. I 29. 6; NONN. Dionys. XXIX 16; XXXVII 617. 662; STEPH. BYZ. s. v. *Βοιωτία*; ANTH. PAL. XI 259 [9] APP. PROV. III 28; SUID. s. v. *Ἱππεῖς λευκοθώρακες* [10] SCHOL. THEOCR. XIV 48. 2, ubi legitur *ἵπποι Θρηίκιαι*; ATHEN. 278 E; PHOT. s. v. *Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς*; SUID. s. ead. v.; EUST. Il. B 761 p. 340. 10; ANTH. PAL. XIV 73 [11] Eckhel, Doctrin. numor. vet. II 1. 132

Pharsalii[1], urbis Thessaliae incolae, ut omnino Thessali propter edacitatem perstringuntur. Mnesimachus comicus dicit *ἐν Φιλίππῳ:*

τῶν Φαρσαλίων
ἥκει τις, ἵνα ⟨ καὶ ⟩ τὰς τραπέζας καταφάγῃ;
B. *οὐδεὶς πάρεστιν.* A. *εὖ γε δρῶντες. ἆρά που*
ὀπτὴν κατεσθίουσι πόλιν Ἀχαϊκήν[2]*;*

Item Theopompus historicus eos *πάντων ἀνθρώπων ἀργοτάτους καὶ πολυτελεστάτους* vocat[3].

De Molossis Epirotis, qui propter mores incultos a ceteris Graecis paene in barbarorum numero habebantur[4], duo dicebantur proverbia. Verba *Βοῦς ὁ Μολοττῶν* spectabant ad res, quae in partes tenuissimas secabantnr, quia boves in sacrificiis faciendis in parva frusta dividebantur teste Zenobio[5], Diogeniano[6], Suida[7]. Alterum autem proverbium utrum ad canes Molossicos referendum sit necne, incertum est. In appendice enim proverbiorum Corporis Gottingensis locutio *Θεοὶ Μολοττικοί* explicatur verbis: *οἱ κύνες· ἢ ὅτι ψυχοπομπεῖον ἐν Μολοττίᾳ· ἐπὶ τῶν φοβουμένων τὰ φόβου ἄξια*[8]. Canes Molossici, quorum audaciam Aelianus cum Molossorum ipsorum fortitudine comparat[9], a scriptoribus saepe commemorantur[10]. *E ψυχοπομπείῳ* autem Molossico Eustathius proverbium explicat[11].

Haec quidem de Graeciae ipsius incolis dicenda erant.

---

[1] I. A. Du Mesnil, De rebus Pharsalicis, Diss. Berol. 1860; Bursian I 75 [2] MEIN. III 578 (fr. 2); KOCK II 441 (fr. 8) [3] FHG I 286 (fr. 24), cf. ATHEN. 527 A [4] THUC. II 80 [5] ZENOB. II 83 [6] DIOGEN. III 60 [7] SUID. s. v. *Βοῦς ὁ Μολοττῶν*, cf. APOST. V 1 et ARSEN. p. 143 [8] APP. PROV. III 18 (Coisl. 258) [9] AELIAN. hist. an. III 2, vol. I 60. 28 Hercher [10] ARISTOPH. Thesm. 416; PLAUT. Capt. 85 sqq.: HOR. sat. II 6. 114: ALCIPHR. ep. II 11. 2 Schepers; POLL. V 39 [11] EUST. Od. *γ* 514 p. 1668. 1

DE INSULIS CYCLADIBUS

In insulanorum moribus tractandis ordinem quo adhuc usi sumus geographicum tenebimus.

Magna metalla et fodinae erant in Euboea[1] insula, imprimis apud urbem Chalcidem, qua de causa aes Chalcidicum praecipue notum erat[2] et Chalcidenses ut *σιδηρουργοί* et *χαλκεῖς ἄριστοι* apud Stephanum Byzantium laudantur[3]. *Χαλκιδίζειν ἐπὶ τῶν γλισχρευομένων* dicebatur[4], quod verbum e comoedia quadam fortasse depromptum. Negat Iacobsius hanc e Chalcidensium moribus derivandam esse locutionem[5], recte verbum *χαλκιδίζειν* ut plura similia a *χαλκὸς* fictum esse ratus et a comicis ad Chalcidenses sine ulla horum hominum culpa translatum esse. Fulcitur haec sententia nomine *χαλκιδῖτις*. *ἡ πόρνη*, ut ait Suidas *διὰ τῆς εὐτελείας τοῦ διδομένου νομίσματος* et similiter Eustathius[6].

Sed etiam alium habebat sensum vocabulum *χαλκιδίζειν : τίθεται καὶ ἐπὶ τῶν παιδεραστούντων*. quia paederastia maxime ibi valebat testibus Athenaeo[7], Hesychio[8], Suida[9]. — Chalcidensium feminae ob eximiam pulchritudinem in Hesiodi quodam fragmento commemorantur[10]. — Philiscus de Chalcidensibus teste Heraclide scripsit versum:

Χρηστῶν σφόδρ' ἐστὶ Χαλκὶς Ἑλλήνων πόλις[11].

Carystii, urbis Euboeae incolae, notabantur ut adulteri[12].

---

[1] Erasm. 410; Pauly R. E. II 302; Bursian II 413; Neumann-Partsch p. 229. 233; Blümner p. 197 [2] EUST. Dion. Perieg. 764, GEOGR. GR. MIN. II 349 [3] STEPH. BYZ. s. v. *Αἴδηψος* [4] KOCK III 602 (fr. 1192); PLUT. I 84; MILLER Mél. p. 374; EUST. Il. B 537 p. 279. 18 [5] Iacobs ad Anth. Graec. X 228 [6] EUST. Il. Ψ 775 p. 1329. 37 et Od. χ 128 p. 1921. 61, cf. Hotop p. 254 et Kurtz p. 320 [7] ATHEN. 601 E [8] HESYCH. s. v. *χαλκιδίζειν* [9] SUID. s. iisd. v., cf. PLUT. amat. 761 A [10] HESIOD. fr. 195 Rzach [11] descr. Graec. 26, FHG II 261 [12] Bauck p. 39

Unde liquet, cur hospites Carystios praecipue se convivio excepturas dicant mulieres in Aristophanis Lysistrata:

ἑστιᾶν δὲ μέλλομεν ξέ-
νους τινὰς Καρυστίους, ἄν-
δρας καλούς τε κἀγαθούς[1].

„*διαβάλλονται δὲ ὡς μοιχοὶ οἱ Καρύστιοι*" explicat scholiasta, qui similiter Lysistratae versum 1881 interpretatur, ubi Atheniensibus et Carystiis uti permittitur feminis Atheniensibus.

Transgrediamur ad insulas Cycladas.

Ceorum[2] probitas in proverbium abiit. Aristophanes Chiis, quorum vita quam luxuriosa fuerit, videbimus, opponit Ceos probos et bonos[3], quem locum Ranarum scholiasta per errorem non ad mores refert, sed ad talorum ludum. Erat autem de ludo illo proverbium *Κῷος Χῖον* (de quo infra) nec ulla Ceorum ratio ibi habetur. Iam Didymus grammaticus recte proverbium *οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος* ad explicandum locum adhibet[4]. Similiter apud Platonem legimus in Protagora[5]: *ἀκόλαστον γὰρ ἄν τινα λέγοι Σιμωνίδην ὁ Πρόδικος καὶ οὐδαμῶς Κεῖον,* i. e.: hominem iustum. Quadrat in hanc morum integritatem, quod neque meretrices neque tibicinas in insula illa fuisse apud Athenaeum narratur[6] teste Phylarcho historico[7]. — Praeterea proverbium *ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα*; de Ceis dicebatur[8], apud quos fasti non certi sunt, sed unusquisque *ἑαυτῷ νουμηνίαν κηρύσσει.* Alludit Crates comicus[9], et eadem de Abderitis narrat Stratonicus teste Athenaeo[10].

Feminae Seriphiae[11] in proverbium abierunt, si Zenobio[12],

---

[1] ARISTOPH. Lys. 1058 [2] Bursian II 467 sqq.; Welcker, Prodikos von Keos. Mus. Rhen. I (1833) p. 568; Lingenberg p. 16; L. Bolle, Das Knöchelspiel der Alten. Festschr. z. Feier d. 50 jähr. Dienst-Jubil. des Herrn Gym.-Dir. Dr. Nölting, Wismar 1886, p. 36 [3] ARISTOPH. Ran. 970 [4] SCHOL. ARIST. Ran. 970 [5] PLAT. Protag. 341 E [6] ATHEN. 610 D [7] FHG I 346 (fr. 42) [8] APP. PROV. II 61; HESYCH. s. v. *Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα*; [9] ATHEN. 117 B; Mein. II 244 (fr. 1); KOCK I 139 (fr. 29) [10] ATHEN. 349, cf. O. Crusius, Unters. z. Herond. p. 38 [11] Erasm. 675; Bursian II 476. 478 not. 2, cf. EUST. Dion. Perieg. 225, GEOGR. GR. MIN. II 319; ANTH. PAL. XIII 12. 6 [12] ZENOB. II 94

Hesychio[1], Suidae[2] fides habenda. Sed testimonia diligenter examinari operae pretium est, qua de causa in extenso illa adhibeamus:

ZENOB.	HESYCH.	SUID.
Γραῦς Σέριφος. 'Απολλόδωρός φησιν, ὅτι ἔστι τις παροιμιώδης λεγομένη Σεριφία γραῦς, ἡ ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα. Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρίδος. τὴν γὰρ ἀρουραίαν ἀκρίδα ὑπό τινων μάντιν λεγομένην κατὰ Σικελίαν γραῦν σέριφον καλεῖσθαι ἢ γραῦν σερίφην. Λέγουσι δὲ ὅτι εἴ τινι ἐμβλέψειε ζώῳ, κακόν τι ἐκείνῳ γίνεται.	*γραῦς Ἔριφος.* 'Απολλόδωρός φησιν, ὅτι ἔστι τις παροιμιώδης λεγομένη Ἐριφία γραῦς. εἶναι δὲ αὐτὴν οἷον γραῦν ἔριφον, τὴν ἐν παρθενίᾳ καταγεγηρακυῖαν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρίδος· τὴν γὰρ ἀρουραίαν ἀκρίδα ὑπό τινων μάντιν λεγομένην	*Γραῦς σέριφος.* ἡ ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀρουραίας ἀκρίδος, ἣν καλοῦσι γραῦν σερίφην καὶ μάντιν.

Quibus in proverbiis conferendis duo exstant problemata: ac prius quidem, quomodo fiat translatio vocabuli *σέρφος*, quod culicem significat alibi, ad virginem sine conubio senescentem, deinde, cur *σέρφος* cognomen *μάντις* habuerit.

Primus Augustus Lobeck egit de translatione illa idemque ultimus, cum Zenobii, Hesychii, Suidae editores satis habeant illius explicationem attulisse. Sed explicatio Lobeckiana ad rem grammaticam solum pertinet: demonstrat enim in Pathologiae sermonis Graeci prolegomenis[3] vocabulum *σέρφος* secundum leges grammaticas mutari in *σέριφος*, sicut *σκάριφος* et *κάρφος*.

Haec derivatio non illustrat sensum, quem enucleare mihi videor Photio teste adhibito: *σέρφοι· οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς νύμφας· οὕτω Δίδυμος* . . . .[4] Consentaneum ergo animal *σέρφος* vocatum esse *νύμφην*; *νύμφη* autem plerumque virginem significat, ut *μεταφορὰ* facile fiat.

[1] HESYCH. s. v. *γραῦς Ἔριφος* [2] SUID. s. v. *Γραῦς σέριφος*
[3] Lobeck Pathol. serm. Graeci proleg. p. 294 sq. [4] PHOT. s. v. *σέρφοι*

Accedit quod *σέρφος*, si sonum respicimus, similis est vocabuli *στεριφεύεσθαι*: *στεριφευομένη* autem teste Hesychio idem est ac *παρθενευομένη*[1]. Denique nos quoque, quod ex similitudine quadam apparet, dicimus de virgine tali: ein altes Heimchen.

Restat ut ostendamus, cur *σέρφος* vocaretur *μάντις*. Photii locus supra laudatus[2] etiam huc referendus est: *σέρφος* cognomen habebat *νύμφη*; *νύμφαις* autem vim quandam vaticinandi fuisse apud Graecos scimus, cum *νυμφόληπτοι* vel lymphati essent illi, qui turbata mente vaticinia edebant[3]. Quae significatio vocabuli *νύμφη* fortasse *σέρφοις* vel potius „*νύμφαις*" cognomen dedit *μάντις*.

Siphnii[4] *ἀκάθαρτοι* erant teste Hesychio[5], et omnino a ceteris Graecis contemnebantur, quod e Demosthenis loco quodam[6] et e proverbio patet *ὁ Σίφνιος ἀστράγαλος · δι' εὐτέλειαν* dicto[7]. Verbi *σιφνιάζειν*[8] sensus qualis fuerit, infra videbimus in Chiorum moribus illustrandis. Sensum obscenum etiam proverbium habuit *Σίφνιος ἀρραβὼν* teste Hesychio: *περὶ τῶν Σιφνίων ἄτοπα διεδίδοτο, ὡς τῷ δακτύλῳ σκιμαλιζόντων. δηλοῖ οὖν τὸν διὰ δακτυλίου διδόμενον, ἐπὶ τοῦ κακοσχόλου*[9] vel *ὡς τῶν Σιφνίων ἀσελγῶν ὄντων*[10]. De verbi *δάκτυλος* sensu cf. infra p. 90 s. v. Chii. Praeterea adhibeatur schol. ad Aristoph. Ran. 444: *σκιμαλίζειν · τὸ τῷ μικρῷ δακτύλῳ τῶν ὀρνίθων ἀποπειρᾶσθαι, εἰ ᾠοτοκοῦσιν.*

In proverbium abiit *Λιμὸς Μήλιος*[11], quae locutio non tam ad proprietates Meliorum spectat quam ad res historicas. Melii enim in bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus oppugnati, qua de obsidione Thucydidis[12] et Isocratis[13] testimonia comparentur, fame

---

[1] HESYCH. s. *στεριφευομένη* [2] PHOT. s. v. *σέρφοι* [3] PLAT. Phaedr. 238 D, cf. VARR. ling. lat. VII 87 p. 116. 1 Goetz-Schoell [4] Erasm. p. 410. 412; Bursian I 479; Kurtz p. 318; Blümner p. 196 [5] HESYCH. s. v. *Σίφνιοι* [6] DEMOSTH. XIII *(περὶ συνταξ.)* 34 [7] STRAB. X p. 484 C; EUST. Dion. Perieg. 525, GEOGR. GR. MIN. II 519 Müller [8] KOCK III 596 (fr. 1142); POLL. IV 65; STEPH. BYZ. s. v. *Σίφνος*; HESYCH. s. v. *σιφνιάζειν*; ibid. s. v. *χιάζειν (καὶ) σιφνιάζειν*; PHOT. s. v. *σιφνιάζειν καὶ λεσβιάζειν*; SUID. s. v. *χιάζειν*; APP. PROV. IV 73, cf. MILLER Mél. p. 372 [9] HESYCH. s. v. *Σίφνιος ἀρραβών*, cf. KOCK III 534 (fr. 712) [10] HESYCH. s. v. *ἀρραβῶνα Σίφνιον* [11] Salzmann p. 37 [12] THUC. V 84—116, cf. Mueller-Struebing, Polemische Beiträge zur Kritik des Thuk. Wien 1879 (= Zeitschr. f. österr. Gymn. 1879, p. 561—600) et Thukyd. Forschungen, Wien 1881 [13] ISOCR. IV (Paneg.) 100. 110; XII (Panath.) 63. 89; XV *(περὶ ἀντιδοσ.)* 113

se dedere coacti sunt. Fames Melia postea saepe commemoratur ut apud Aristophanem[1], deinde apud paroemiographos et lexicographos: occurrunt verba apud Zenobium[2] et Diogenianum[3], apud Hesychium[4], Photium[5], Suidam[6]. Melii autem victi in posterum parvi aestimabantur, quod e Libanio patet[7].

Ut omnes eorum incolae locorum. qui praeclara templa deorum habebant ideoque magnopere frequentabantur, etiam Delii[8] a comicis ut *παράσιτοι τοῦ θεοῦ* illuduntur[9] (cf. Eleos et Delphos). *Μαγείρων καὶ τραπεζοποιῶν παρείχοντο χρείας τοῖς παραγινομένοις πρὸς τὰς ἱερουργίας* Apollodoro apud Athenaeum[10] teste, qua de causa *Μαγίδες καὶ Γόγγυλοι* nominabantur. Praeterea *Δήλιοι κολυμβηταί* noti erant[11].

Myconiorum[12] fama pessima erat. *'Αμαθίαν* et *ἀβελτερίαν* et *ἀγροικίαν* Iulianus eis obicit[13], item aenigma Anthologiae eos illudit: *Νῆσος ὅλη μύκημα βοὸς φωνή τε δανειστοῦ (Μυκ + ὦνος* [W. Fröhner[14]] vel *Μυκ + ὠνή* [R. Foerster[15]]).

Myconus insula parva erat et sterilis, ita ut incolae gravissima frumenti inopia saepe premerentur. Mirum igitur non est quod non invitati ad convivia ire solebant: Archilochus teste Athenaeo[16] Periclem aequalem suum hunc in modum *Μυκονίων δίκην* se gessisse contendit[17], quae verba *Μυκωνίων δίκην* proverbii loco ab Apostolio[18] commemorantur. „Homo Myconius“ erat pauper et parcus, qui quod habet tenere studet. Qua de causa Cratinus *τὸν γλίσχρον 'Ισχόμαχον* appellat *Μυκόνιον:*

---

1 ARISTOPH. Av. 186 2 ZENOB. IV 94 3 DIOGEN. VI 14 4 HESYCH. s. v. *Λιμῷ Μηλίῳ* 5 PHOT. s. v. *Λιμῷ Μηλίῳ* 6 SUID. s. v. *λιμὸς Μηλιαῖος,* cf. APOST. X 70 et ARSEN. p. 336 7 LIBAN. or. XIV 28, vol. II 98. 2 Foerster 8 Erasm. 543; Kiepert p. 251; Bursian II 451 9 ATHEN. 173 B; MEIN. IV 537; KOCK III 354 (Critonis fr. 3) 10 ATHEN. 172 F 11 DIOG. LAERT. II 5. 7; IX 1. 7; SUID. s. v. *Δηλίου κολυμβητοῦ* 12 Erasm. 254. 408. 560; C. O. Mueller, Aeginet. lib. p. 193 not. 1; Schneider p. 30; von Wyss p. 23; Otto, Arch. f. lat. Lex. III 381; id. Sprichw. p. 237 no. 1190; Hotop p. 252; Kurtz p. 315; Blümner p. 196; Keim p. 24; Rein p. 29; Bursian II 449 13 IULIAN. Misopog. p. 349 D 14 ANTH. PAL. XIV 16, cf. W. Fröhner, Kritische Analekten, Philol. Suppl. Bd. V 1 15 K. Ohlert, Rätsel und Rätselspiele der alten Griechen[2] p. 222 sq. 16 ATHEN. 7 F, cf. KOCK III 491 (fr. 439) 17 ARCHILOCH. fr. 78, Bergk[4] II 405 18 APOST. XI 80, cf. ARSEN. p. 358

πῶς ἂν ⟨σύ γ'⟩ Ἰσχομάχου γεγονὼς ⟨τοῦ⟩ Μυκονίου
φιλόδωρος ἂν εἴης;
ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἑστιασόμενος ἧκον[1].

Μυκόνιος vel *Μυκόνιος ἀνὴρ* a lexicographis adhibentur ut avaritiae exempla[2]. Similem habebat sensum locutio *Μυκόνιος γείτων* teste Plutarcho[3], Zenobio[4], Photio[5], Suida[6]. Dicebatur etiam illud de hominibus tenacibus et sordidis.

Calvities Myconiorum apud Romanos quoque nota erat. Apud Terentium enim Pamphilus hospitem Myconium servo, qui eum adducere iussus est, ut crispum describit[7], quibus in versibus proverbium Graecum *Μυκώνιος φαλακρός* latere Donatus contendit[8]. Cum Pamphilus optet, ut servus abeat longiusque absit, consulto hospitem crispum esse dicit: talem enim Myconium nunquam inveniet servus, quia nusquam Myconii crispi sunt. Ad calvitiem Myconiam praeterea spectat Lucilius, cuius fragmentum „Myconi calva omnis iuventus" Donatus l. l. servavit[9], praeterea Plinius[10] et Strabo[11].

Proverbii denique *Μία Μύκονος* origo incerta est. Ad calvitiem Myconiorum Donatus illud refert[8], quod sine explicatione exstat apud Plutarchum[12]. Strabo aliam proverbii formam aliamque interpretationem praebet: *Μύκονος δ' ἐστίν, ὑφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας, ἀφ' ὧν ἡ παροιμία „πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον" ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν ἐπιγραφὴν ἀγόντων καὶ τὰ διηρτημένα τῇ φύσει*[13]. Apud Lucianum quoque proverbii mentionem fieri Hemsterhuisius primus vidit, qui locum admodum corruptum dialogorum mortuorum sanavit eiusque sensum restituit[14]; scripsit *πάντα μία Μύκονος, φασί, κρανία γυμνὰ κτλ.* pro *πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασί, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους:* omnia apud in-

1 MEIN. II 175 (fr. 6); KOCK I 109 (fr. 328) 2 HESYCH. s. v. *Μυκόνιον*; PHOT. s. ead. v.; EUST. Od. p. 445 ρ 1828. 7 3 PLUT. prov. I 17, cf. MILLER Mél. p. 371 4 ZENOB. V 21 5 PHOT. s. v. *Μυκόνιος γείτων* 6 SUID. s. v. *Μυκώνιος γείτων*, cf. APOST. XI 79 7 TER. Hec. 440 et 801 8 DONAT. ad Ter. Hec. 440, vol. II 267 Wessner 9 LUCIL. fr. 1210 p. 82 Marx 10 PLIN. nat. hist. XI 130 11 STRAB. X p. 487 C 12 PLUT. quaest. conviv. 616 B 13 STRAB. X p. 487 C 14 LUCIAN. dial. mort. I 3

feros paria sunt neque ulla est differentia inter divites pauperesque, inter pulchros et turpes. Simul autem calvities Myconiorum his verbis illuditur. — Zenobii explicatio plane alia est: Nelei filios Hegetorem et Hippoclem insulas in dominationem suam redigere a patre iussos esse. Hegetorem multas occupavisse, Hippoclem solam Myconum, neque deum ei alias insulas oraculo tribuisse nisi *Μίαν Μύκονον*, unde proverbium dictum esset[1]. Praeterea proverbii mentio fit apud Themistium[2], Stephanum Byzantium[3], Eustathium[4], Gregorium Cyprium[5], Apostolium[6].

Priusquam ad insulas Sporades tractandas nos convertamus, nonnulla de Cretensium[7] moribus nobis dicenda sunt, qui saepissime vituperantur. Et est hoc opprobrium tam vetustum, ut ab Epimenide primo illud dictum esse narretur. Deinde Epimenidis verba auctores saepe usurpaverunt: Callimachus affert adagium notissimum *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται*[8], cuius originem ad Idomeneum Cretensem referendam esse scholiasta putat. Ille enim, cum e bello Iliaco Graeci rediissent, e praeda distribuenda optimam sibi partem elegit, unde dictum *κρητίζειν: τὸ ψεύδεσθαι.* Totum Epimenidis versum adhibet Paulus apostolus in epistula ad Titum scripta: *„Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί“*[9]. Alludit in Dionysiacis Nonnus verbis

ἦ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ
τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἠπεροπῆες[10].

Denique apud Photium[11] et apud Eustathium[12] verba occurrunt *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται*; sed aliam ille originem proverbio tribuit.

[1] ZENOB. V 17, cf. MILLER Mél. p. 360 [2] THEMIST. or. XXI p. 302. 5 Dindorf [3] STEPH. BYZ. s. v. *Μύκονος* [4] EUST. Dion. Perieg. 525, GEOGR. GRAEC. MIN. II 319 Müller [5] GREG. CYPR. LEID. III 1 [6] APOST. XIV 5 [7] Erasm. 271. 642. 697; Ioannis Meursii Creta p. 143. 193 sq. 231 sqq.; Hoeck, Kreta II 206. 407; III 106. 458 sq.; C. O. Müller, Aeginet. lib. p. 77; id. Dorier II 287. 291 not. 3. 378; Kiepert p. 246; Bursian II 537; Bauck p. 40; Otto p. 98 no. 463; Keim p. 124; Kurtz p. 314. 316. 318; Wunderer p. 41. 111; Salzmann p. 43 [8] CALLIMACH. hymn. I 8 [9] PAUL. ep. ad Tit. I 12 [10] NONN. Dionys. VIII 118 [11] PHOT. bibl. p. 150. 41 Bekker [12] EUST. Od. ν 282 p. 1741. 16

Thetidem enim et Medeam olim de pulchritudine certavisse Idomeneo iudice adhibito, qui Thetidem formosiorem declaravisset, Medeam autem iratam dixisse: „*Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται*“, neque unquam veritatem eos profiteri. Ex quo mendaces Cretenses appellatos esse.

Cretam mendacem fortasse Menandri fabula illudit, cui nomen erat *Κρῆτες*. Mendacitatis enim maculam semper in Cretensibus haeret; saepe epitheto solo significantur ut apud Callimachum[1], saepe prolixius ut exempla famosa hominum mendacium adhibentur: Polybius imprimis eorum vitia iterum atque iterum commemorat[2]. Apud Ovidium Cretensium mentio fit in Amoribus[3] et in Arte amandi[4]. In posteriorum auctorum numero *τὸ Κρητικὸν ἦθος*, ut cum Plutarcho loquar[5], occurrit in Tertulliani de anima commentatione[6] et in eiusdem libro ad nationes[7]. Fortasse alludit etiam Claudianus[8]: „ . . . Cretaque, si verax narratur fabula . . . . “ Dubitat ergo verumne sit, quod de mendaci insula narratur. Ad mores Cretensium praeterea vocabulum *κυδώνιον* spectare videtur, quod Hesychius explicat glossa: *μέγα καὶ ἀξιόλογον. ἢ ἀπατηλόν, δόλιον, λοίδορον. καὶ τὸ μῆλον. Κυδωνία δὲ πόλις Κρήτης*[9]. Omnino enim Cretenses mala utebantur fama; erant latrones et avari teste Leonida Tarentino, cuius epigramma huc pertinens in Anthologia Palatina legimus:

Αἰεὶ ληϊσταὶ καὶ ἀλιφθόροι οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;[10]

Avaritia Cretensis etiam a Cornelio Nepote vituperatur[11]. Et vel apud Homerum Ulixes in fabulis falsis, quas de se narrat, iocose Cretensem se fingit[12].

Non mirum ergo est quod verbum *κρητίζειν* prorsus sensum accipiebat *τοῦ ψεύδεσθαι*. Suetonius in libro *περὶ βλασφημιῶν* scripto hanc notabat significationem[13], quam accuratius illustrat

[1] CALLIMACH. epigr. XIII p. 73 Schneider [2] POLYB. IV 8; VI 47; VIII 18; VIII 21 [3] OVID. Am. III 10. 19 [4] OVID. art. am. I 298 [5] PLUT. Philopoem. 13 [6] TERTULL. de anim. 20 [7] TERTULL. ad nat. II 13 [8] CLAUDIAN. XXVI 442 [9] HESYCH. s. v. *Κυδώνιον* [10] ANTH. PAL. VII 654 [11] CORN. NEP. Hannib. 9 [12] HOM. Od. *ν* 260 sq. et EUST. Od. *ν* 282 p. 1741. 16 [13] MILLER Mél. p. 425

Zenobius[1]: similia praebet ac scholiasta in Callimachi locum supra (p. 77) laudatum. Explicationes omnino simillimae et simplices sunt, ut satis habeamus testes breviter laudasse; occurrit locutio apud Diogenianum[2], Hesychium[3], Photium[4], Suidam[5], nec non apud Zonaram[6], Eustathium[7], Gregorium Cyprium[8], apud Apostolium[9], denique in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis[10] et in proverbiorum collectione cod. Coisl. 177[11]. Similiter dicebatur teste Macario[12] *κρητίζει ὁ κριτής:* qui iudex fortasse est Idomeneus, de cuius pulchritudinis iudicio supra relatum est.

Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν ad eos spectabat, qui male in malos homines se gerebant. Occurrit proverbium apud Plutarchum[13] et Polybium[14]: Diogenianus simile adagium adhibet *πρὸς Κᾶρα καρίζεις*[15]: Cares enim omnes ut homines nequam famosi erant. Eundem habet sensum proverbium *Ἀλωπεκίζεις πρὸς ἀλώπεκα* testibus Zenobio[16] et codice Milleri Athoo[17], qui etiam verba *πρὸς Κρῆτα κρητίζειν* affert. E paroemiographis praeterea Macarius[18] et Apostolius[19] verba commemorant, e lexicographis Suidas[20]; nec apud Eustathium proverbium deest[21]. Conferantur adagia *ὁ Κρὴς τὸν Κρῆτα (ἐπὶ τῶν ὁμοιοτρόπων)*[22] et *Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην (ἐπὶ τῶν πανουργίᾳ χρωμένων πρὸς ἀλλήλους)*[23]. Aeginetas enim infames fuisse supra ostendimus[24]. Simile erat proverbium *Σύροι πρὸς Φοίνικας*[25].

[1] ZENOB. IV 62 [2] DIOGEN. V 58 [3] HESYCH. s. v. *κρητίζειν* [4] PHOT. s. v. *κρητίζειν* [5] SUID. s. v. *κρητίζειν* [6] ZONAR. p. 1258 Tittmann, s. v. *κρητίζει* [7] EUST. Il. I 129 p. 741. 22, cf. Hotop p. 253 et L. Cohn, De Aristophane Byzantio et Suetonio Tranquillo Eustathii auctoribus, Annal. philol. Fleckeis. suppl. anni 1881 p. 332. 339; Pausan. att. fr. p. 56 Schwabe [8] GREG. CYPR. II 81; GREG. CYPR. MOSQU. III 87 [9] APOST. X 7, cf. ARSEN. p. 322 [10] APP. PROV. IV 73 (Vat. III 84) [11] Schneck, Quaest. paroem. p. 22 et M. Treu, Griech. Sprichw., Philol. N. F. I (1889) p. 196 no. 13 [12] MACAR. V 30, cf. MANT. PROV. I 96 [13] PLUT. Aemil. Paul. 23; Lys. 20 [14] POLYB. VIII 21 [15] DIOGEN. VII 65 [16] ZENOB. I 70 [17] MILLER Mél. p. 379 [18] MACAR. VII 35 [19] APOST. X 7; XIV 98; XV 1a cf. ARSEN. p. 413 [20] SUID. s. v. *πρὸς Κᾶρα καρίζεις; πρὸς Κρῆτα κρητίζων* [21] EUST. Il. B 649 p. 313. 41 et opusc. p. 287. 49 Tafel [22] DIOGEN. VII 31; APOST. XII 61; ARSEN. p. 380 [23] DIOGEN. V 92; MACAR. V 28; APOST. X 6 [24] cf. p. 26 et C. O. Müller, Aeginet. lib. p. 77 [25] DIOGEN. VIII 19

Ut omnes insularum incolae etiam Cretenses erant rei navalis peritissimi et antiquissimis temporibus tanta utebantur potentia, ut „magna vasti dominatrix freti“ Creta a Seneca tragico appelletur[1]. Cretensis, qui maris imperitus erat, omnino non vivebat, quam ob rem Libanius de rebus, quae nullo modo fieri possunt, dicit: „nisi et Cretensis aliquis maris imperitus censeatur[2]“, et similiter Aristaenetus[3]. Proverbium *ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν* teste Strabone[4] ad eos spectat, qui quod optime sciunt, se nescire simulant. Plerumque verbum *ἀγνοεῖ* deest in proverbio illo, ut apud Diogenianum[5] et Zenobium[6], qui Alcaeum proverbio usum esse testatur; similia tradit Milleri codex Athous[7]. Hesychius autem proverbium aliter explicat[8]: Cretensem enim tempestate facta exclamavisse, cum postea mare securum vidisset: „*Εἴ σε μὴ ᾔδειν, ἐπίστευσα ἂν ὡς ἀληθευούσῃ*“, quam interpretationem Photius amplexus est[9]. Suidas[10] et Eustathius[11] Strabonem sequuntur. Restat quae commemoretur proverbii forma: *ὁ Κρὴς δὴ τὸν πόντον*, quam Aristides in oratione *ὑπὲρ τῶν τεττάρων* scripta usurpavit[12]; scholiasta ad explicandum adagium addit „*ἀγνοεῖ*“, ita ut sensus sit „Cretensis mare ignorat“ haud secus atque apud Strabonem[13]. Hanc proverbii formam ex Aristide repetit Photius[14] explicans *παροιμία ἐπὶ τῶν προσποιουμένων τὸ ἀγνοεῖν. οἱ γὰρ Κρῆτες ἐμπειροθάλασσοι* addensque simile proverbium *ὁ Σικελὸς τὴν θάλασσαν* (de quo infra), similiter atque scholiasta Aristidis, quem exscripsit Apostolius.

Ἐπὶ τῶν ταρασσόντων τοὺς θύοντας καὶ περικοπτόντων dicebatur *Οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν*[15]. Agamemnon enim tempestate ad Cretae oram appulsus sacrificia ibi fecit. Captivi autem, quos secum in navibus habebat, naves incendebant, quo nuntio allato Agamemnon deserens sacrificium ad naves properabat, e quibus

---

[1] SENEC. Hippol. 85 [2] LIBAN. ep. 1215 Wolf [3] ARISTAEN. ep. II 18 Boissonade, cf. I. Pietzko, De Aristaeneti epistulis. Diss. Vratisl. 1907 p. 9 [4] STRAB. X p. 481 C [5] DIOGEN. VIND. III 41 [6] ZENOB. V 30 [7] MILLER Mél. p. 360 [8] HESYCH. s. v. *ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν* [9] PHOT. s. v. *Ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν* [10] SUID. s. v. *ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν* [11] EUST. Il. B 353 p. 313. 42, cf. Hotop p. 252 [12] ARISTID. *ὑπὲρ τῶν τεττάρων* 138. 4, vol. II 186 Dindorf [13] SCHOL. ARISTID. II 138. 4, vol. III 490 Dindorf [14] PHOT. bibl. p. 424 b 34 Bekker, cf. APOST. XII 57; ARSEN. p. 380 [15] DIOGEN. VII 5

una etiam integra erat. Hac de causa sacrificium turbatum „Cretense“ vocatur teste Zenobio[1] et Suida[2].

De Cretensium pederastia Strabo[3] et Aelianus[4] et Athenaeus[5] prolixe disseruerunt. Spectat ad illam fortasse Menandri comoedia, cui titulus erat *Ἀνδρόγυνος ἢ Κρής*[6]: *Ἀνδρόγυνοι* enim pathici vocari poterant. Timaeus historicus teste Athenaeo l. l. a Cretensibus Graecos illud vitium accepisse testatur[7]. *Κακέρωτας* Cretensibus Eustathius quoque crimini dat[8], *τὸν Κρῆτα τρόπον* Hesychius[9]; significat locutio *τὸ παιδικοῖς χρῆσθαι.*

Pauca denique dicenda sunt de Cretensium arte musica ab Aristophane[10] et Hesychio[11] et Suida[12] commemorata et de *τοξόταις* Cretensibus famosis[13].

Ridendi artem Phaestii[14] Cretenses imprimis colebant. A pueris res ridiculas narrare eos assuefactos esse Sosicrates narrat apud Athenaeum[15], ita ut semper aliquid salsi respondere possent interroganti.

¹ ZENOB. V 50 ² SUID. s. v. *οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν*, cf. APOST. XII 41 et ARSEN. p. 379 ³ STRAB. X p. 483 C ⁴ AELIAN. nat. an. IV 1 ⁵ ATHEN. 601 E; 602 F ⁶ MEIN. II 85 sqq.; KOCK III 18 sqq. ⁷ FHG I 201 (fr. 44) ⁸ EUST. Il. B 649 p. 313. 41 ⁹ HESYCH. s. v. *Κρῆτα τ(ρ)όπον* ¹⁰ ARISTOPH. Ran. 849; Eccl. 1165 c. schol. ¹¹ HESYCH. s. v. *Κρητικόν. Κρητικὸν μέλος* ¹² SUID. s. v. *Κρητικός* ¹³ SCHOL. AESCHIN. de fals. leg. 173 (orat. Att. vol. II 38. 44 Baiter-Sauppe): ATHEN. 630 C; SUID. s. v. *Ἱππεῖς λευκοθώρακες;* ANTH. PAL. IX 265. 5 ¹⁴ Bursian II 567 ¹⁵ ATHEN. 261 E; FHG IV 500 (fr. 4)

DE INSULIS SPORADIBUS

Ex insulis Sporadibus eam primam tractemus, quae maxime ad septentrionem spectat: Imbrum[1]. Latronum plenam fuisse illam insulam Demosthenes testatur[2]. Neque tamen ad hanc Imbriorum proprietatem pertinet proverbium *Ἴμβριος καὶ Λήμνιος*, sed plane alium sensum habet. Fugiebant enim, qui litem amissuri videbantur et ne condemnarentur timebant, Imbrum in insulam teste Hesychio[3], Photio[4], Eustathio[5], Macario[6], vel Scyrum in insulam, de qua infra p. 86.

Tria proverbia dicebantur de Lemni insulae incolis[7]: *Λήμνιον κακὸν* vel *Λημνίᾳ χειρί*, deinde *Λημνία δίκη*, denique *Λήμνιον βλέπειν*.

Verba *Λήμνιον κακὸν* vel apud Aeschylum exstant[8]. Posthac praecipue apud paroemiographos lexicographosque commemorantur, ut apud Zenobium[9] et Diogenianum[10], sed utitur eis etiam Libanius[11]. Hesychius, cuius glossa *Λήμνια· φοβερά, μοχθηρά* huc referenda est, de feminis Lemniis scelestis proverbium *Λήμνιον κακόν* dictum esse contendit[12] simili usus explicatione ac Zenobius l. c., qui praeterea aliam praebet: *ἢ διὰ τὸ τὰς ἁρπαγείσας ὑπὸ Πελασγῶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς γυναῖκας εἰς Λῆμνον ἀπαχθῆναι.* Eustathius[13], Zonaras[14], Gregorius Cyprius[15], Macarius[16] nil novi

---

[1] Erasm. 353; Kiepert p. 324; Kurtz p. 313 [2] DEMOSTH. XXIII (in Aristocr.) 166 [3] HESYCH. s. v. *Ἴμβριος καὶ Λήμνιος* [4] PHOT. s. v. *Ἴμβριοι* [5] EUST. Il. *Φ* 43 p. 1222. 33, cf. PAUSAN. ATT. fr. 210 p. 174 Schwabe [6] MACAR. IV 76. 77 [7] Erasm. 64. 153. 353. 377. 380; C. Rhode, Res Lemnicae 8 sq. 31. 45; C. O. Müller, Orchomenos p. 297; Bauck p. 45; Kiepert p. 324; Neumann-Partsch p. 314 sqq.; Hotop p. 289. 291; Kurtz p. 314; Rein p. 29 [8] AESCH. Choeph. 631 [9] ZENOB. IV 91, cf. MILLER Mél. p. 351 [10] DIOGEN. VI 2 [11] LIBAN. or. LXI, vol. IV 339. 1 Foerster, cf. ep. 24. 5 et 1311. 4 Wolf [12] HESYCH. s. v. *Λήμνιον κακόν* [13] EUST. Dion. Perieg. 520 p. 155. 25 Bernhardy; Geogr. Graec. min. II 326 Müller [14] ZONAR. p. 1306 Tittmann s. v. *Λήμνια κακά* [15] GREG. CYPR. II 93; GREG. CYPR. MOSQU. IV 13 [16] MACAR. V 60, cf. L. Cohn, Zu den Paroemiogr. p. 27 no. 11, et M. Treu, Griech. Sprichw. p. 197 no. 24

adhibent ad interpretandum proverbium, aeque ac Mazaris qui dicitur, cuius in *ἐπιδημίᾳ ἐν Ἅιδου* mentio fit *Λημνίων κακῶν*[1]. Accuratissimam habet interpretationem Apostolius[2], quae non omnino consentit cum rebus a ceteris scriptoribus traditis.

Scriptores enim, etiamsi verbis *Λήμνιον κακὸν* non utuntur, tamen persaepe narrant res a feminis Lemniis gestas. Primus Herodotus scelus illud vetustissimum memoriae tradidit mulierum, quae viros interfecerunt, quia feminis Thraciis illi utebantur et ipsas contemnebant *διὰ τὴν δυσωδίαν*[3] *(τοῦ στόματος*[4]*)*. Apud posteros res a feminis istis gestae persaepe castigantur[5]. Strattidis exstabat Lemnomeda quaedam[6], cuius fabulae ratio nimis obscura est nominis forma in codicibus saepe variata[7]. Fortasse, ut Kockio videbatur, Lemniarum mulierum fata ridicule traducebantur.

Ad idem scelus spectat proverbium *Λημνίᾳ χειρί· ὠμῇ καὶ παρανόμῳ*, quod legitur apud Diogenianum[8], Hesychium[9], Suidam[10]. Proverbium autem *Λημνία δίκη*, quod testibus Photio[11] et Suida[12] *τὴν κακίστην δίκην* significabat, dicebatur de reis, qui, ne in ius vocarentur, se in insula Lemno vel Imbro esse contendebant[13].

Restat quae commemoretur locutio *Λήμνιον βλέπειν*, quae significat *πυρῶδες βλέπειν*[14]. In Lemno enim insula montem vulcanium quendam, cui nomen erat Mosychlus, fuisse veteres dicunt interpretes ibique fuisse Vulcani ipsius officinam. Testi-

[1] BOISSON. ANECD. III 177 [2] APOST. X 65, cf. ARSEN. p. 335 [3] ZENOB. IV 91, cf. HEROD. VI 138 [4] EUST. Il. A 592 p. 158. 15, cf. EUST. Il. H 467 p. 692. 2 et Il. Ξ 231 p. 980. 61 [5] PIND. Pyth. IV 449; APOLL. RHOD. Argon. I 609 sqq. c. schol.; VALER. FLACC. Argon. II 127 sqq.; OVID. Her. VI 53; art. amat. 672, Ib. 396 Ellis; POMP. MELA 106; APOLLOD. I 9. 17; III 6. 4; HYGIN. fab. XV; PLUT. amat. 755 C; LUCIAN. amor. 2 et schol. p. 204. 10 Rabe; SYNES. ep. 4; SCHOL. HOM. Il. H 468; SCHOL. PIND. Pyth. IV 88, vol. II 109 Drachmann; ZONAR. p. 1304 Tittmann s. v. *Λημνία γῆ καὶ γυνή* [6] MEIN. II 771 sqq.; KOCK I 717 sqq. [7] MEIN. I 231 [8] DIOGEN. VI 10 [9] HESYCH. s. v. *Λημνίᾳ χειρί* [10] SUID. s. ead. v., cf. APOST. X 66 [11] PHOT. s. v. *Λημνία δίκη* [12] SUID. s. ead. v. [13] MACAR. IV 77, cf. supra s. v. Imbrii (p. 82) [14] HESYCH. s. v. *Λήμνιον βλέπειν*; PHOT. s. v. *Λήμνιον*; SUID. s. v. *Λήμνιον βλέπων*; EUST. Il. A 592 p. 158. 15; MACAR. V 60; GREG. CYPR. MOSQU. IV 22; APOST. X 67; APP. PROV. III 66

monia collegerunt huius rei Neumann-Partsch in libro de Graeciae rebus geographicis scripto[1], quibus addo locos huc pertinentes Ciceronis[2], Ovidii[3], Luciani[4], Libanii[5], Etymologici Magni[6], Photii[7]. Sed fides illis testibus non habenda est, cum montis vulcanii vestigia teste Iosepho Partsch in Lemno omnino non exstent. Falsam illam opinionem e terra Lemnia rubra derivandam esse Galenus suspicatur[8]. Re vera tamen ignis e terra nascitur, qua de re, quae „Erdfeuer“ apud nos vocatur et hodie quoque alibi animadvertitur, L. Malten prolixe disseruit[9].

Tenedii[10] ut *χαλεποὶ καὶ ἀπότομοι* a Suetonio vituperantur in libro, quem scripsit *περὶ βλασφημιῶν*[11]. Similiter proverbium *Τενέδιος ἄνθρωπος* dicebatur teste Zenobio *ἐπὶ τῶν φοβερῶν τὰς ὄψεις*[12], cuius proverbii Menander mentionem fecit *ἐν Ἐφεσίῳ*[13], et locutio *Τενέδιος ξυνήγορος· ἐπὶ τῶν ἀποτόμων καὶ σκληρῶν*[14], quae verba exstant apud Photium[15], Suidam[16], Apostolium[17]. *Τενέδιος ξυνήγορος* erat inexorabilis; Cycnus enim Neptuni filius cum ex priore coniugio Hemitheam et Tennem suscepisset, novercam illis induxit, quae cum Tennem ob intentatum sibi stuprum accusasset, Cycnus ei fidem habuit et adulescentem in arcam coniecit. Et cum Hemithea idem cum fratre periculum subire decrevisset, utrumque in mare demersit. Arca vero delata est ad insulam postea, ut narrant, a Tenne Tenedum vocatam; in qua Tennes cum regnum adeptus esset, legem tulit ut carnifex elatam securim tenens a tergo staret iis, qui insontes accusarent, ut convicti statim occiderentur[18], quae res praeterea in scholiis ad Homeri Iliadem scriptis[19] narrantur

[1] Neumann-Partsch p. 314—318; SOPH. Phil. 800. 986; ARISTOPH. Lys. 299; LYCOPHR. Alex. 227; NICANDR. Theriac. 472 c. schol.; SENEC. Herc. fur. 1360; VAL. FLACC. Argon. II 332 sqq.; STAT. Theb. V 50. 87; silv. III 131; HESYCH. s. v. *Μόσυχλος* [2] CIC. de nat. deor. III 55 [3] OVID. metam. XIII 313 [4] LUCIAN. dial. deor. 15; de sacr. 6 [5] LIBAN. ep. 24. 5 [6] ET. M. 33. 22 s. v. *Αἰθάλη* [7] PHOT. s. v. *Λήμνιον πῦρ* [8] GALEN. de simpl. medicam. IX 2, vol. II 173 Kühn [9] L. Malten, Hephaistos. Jahrb. d. deutsch. arch. Inst. XXVII (1912) 232 sqq. [10] Erasm. 308. 430. 575; Kurtz p. 319 [11] MILLER Mél. p. 418 [12] ZENOB. VI 9, cf. MILLER Mél. p. 354 [13] MEIN. IV 126 (fr. 4. 5); KOCK III 57 (fr. 200) [14] STEPH. BYZ. s. v. *Τένεδος* [15] PHOT. s. v. *Τενέδιος ἄνθρωπος* et *Τενέδιος ξυνήγορος* [16] SUID. s. iisd. v. [17] APOST. XVI 25. 26, cf. ARSEN. p. 444 [18] SUID. s. v. *Τενέδιος ἄνθρωπος* [19] SCHOL. Il. A 38

et apud Eustathium[1]. Huc spectant etiam proverbium *Τενέδιος αὐλητής*[2] · *ἐπὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων*, cum citharistam quendam noverca ad Cycnum duxerit ut testem stupri, deinde locutio *Τενέδιος πέλεκυς*[3], quam Plutarchus aliter explicat verbis *ἀπὸ τῶν καρκίνων τῶν γιγνομένων περὶ τὸ καλούμενον Ἀστέριον παρ' αὐτοῖς*[4], denique adagia *Τενέδιον βέλος* · *ἀντὶ τοῦ Τενέδιος πέλεκυς*[5] et *κακὸν Τενέδιον* · *ἐπὶ τῶν πάνυ σκληρῶν καὶ ἀπαραιτήτων*[6].

Feminae Tenediae Nymphodoro[7] apud Athenaeum[8] teste pulchritudine excelluerunt, qua de causa ibi *κρίσεις γυναικῶν* fuisse cum *περὶ σωφροσύνης καὶ οἰκονομίας*[9] tum *περὶ κάλλους* Theophrastus narrat[10].

Insula Scyrus[11] scopulosa erat[12] et parva[13] et incolae viles[14], unde dicebatur *ἀρχὴ Σκυρία: ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων*[15], quod proverbium etiam apud Libanium exstat[16]. Alii autem alia de origine proverbii narrant: Theseum Lycomedis regno insidiantem et uxorem eius ad stuprum sollicitantem de saxo praecipitatum esse, unde proverbium ortum esset[17].

---

[1] EUST. Dion. Perieg. 536, GEOGR. GRAEC. MIN. II 323 Müller, p. 211. 4 Bernhardy [2] STEPH. BYZ. s. v. *Τενέδιος αὐλητής,* cf. PLUT. act. graec. 297 D [3] CIC. ad Qu. fr. II 9. 2; PAUSAN. X 14. 4; DIOGEN. VIII 58; STEPH. BYZ. s. v. *Τένεδος;* SUID. s. v. *Τενέδιος ξυνήγορος,* cf. ARISTOT. fr. 551 p. 1569 a 21. 30. 37; MACAR. VIII 7; APOST. VIII 27 [4] PLUT. de Pyth. orac. 399 F [5] HESYCH. s. v. *Τενέδιον βέλος* [6] MACAR. IV 89; MANT. PROV. I 84, cf. ZENOB. IV 91; DIOGEN. VI 2: *Λήμνιον κακόν* et DIOGEN. VIND. III 78: *Τήνια κακά* [7] FHG II 378 (fr. 10) [8] ATHEN. 609 E [9] cf. Erich Ziebarth, Aus dem griechischen Schulwesen[2] 1914 p. 144, qui *κρίσεις* illas comparat cum nostris „Abschlußprüfungen in den Mädchenschulen“ [10] ATHEN. 610 A; THEOPHR. fr. 112 Wimmer [11] Erasm. 139. 729; Kiepert p. 255; Bursian II 390 sqq.; Neumann-Partsch p. 313; Otto Sprichw. p. 388; Koch I 45; Hotop p. 275; Bernhardy ad Eust. comment. in Dion. Perieg. vol. II 662 sq.; Kurtz p. 310; Blümner p. 197; Salzmann p. 38 [12] SOPH. Phil. 459; STAT. Achill. I 692. 696. II 22; ET. M. p. 720. 24 s. v. *Σκύρος,* cf. Reitzenstein, Gesch. d. griech. Et. p. 48. 23 [13] EURIP. Androm. 210 [14] DEMOSTH. LII (in Callipp.) 9 [15] ZENOB. I 32, cf. MILLER Mél. p. 371 et 383; DIOGEN. I 30; HESYCH. s. v. *ἀρχὴ Σκυρία*; MACAR. II 43 [16] LIBAN. ep. 1042 et 1241 Wolf [17] SUID. s. v. *ἀρχὴ Σκυρία*; EUST. Il. I 662 p. 782. 53, cf. PAUSAN. ATT. fr. 78 p. 120 Schwabe,

Qui in iudiciis praetextu utebantur, se Scyrum profectos esse simulabant, qua de causa dicebatur *Σκυρίαν δίκην*[1]. Simili fama Imbrii utebantur vel Lemnii[2], de quibus supra egimus. Hesychius autem aliam praebet interpretationem: *Σκυρία δίκη · Ἀρτεμίδωρος ἰδίως φησὶ ἡ Θησέως καλεῖται τελευτή. φυγόντα γὰρ αὐτὸν εἰς Σκῦρον ἐκεῖ κατακρημνισθῆναί φασιν*[3].

Scyrii praeterea apud Festum commemorantur[4], sed locus ita corruptus est, ut vix sanari posse videatur: „<rit . . . . . Scyrium non Syr>ium dixit . . . . . s est, quod cum . . . . . ucio nobilissi" Hoc solum inde effici potest, ut proverbii Graeci nusquam alibi traditi mentio fiat <*Σκύριον*> *καὶ οὐκέτι Σύρ*<*ιον*>. Sed quid hoc sibi velit, incertum est; fortasse Syriis propter nequitiam famosis[5] Scyrii opponuntur qua re probitas eorum demonstratur.

Lesbiorum vel potius Lesbiarum[6] mores apud veteres notissimi erant. *Λεσβιάζειν* enim significabat *μολῦναι τὸ στόμα*, quod vitium Lesbi praecipue valebat et vel a comicis Atticis illuditur ut ab Aristophane:

ὁρᾷς ἐγώ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην
μέλλουσαν ἤδη λεσβιᾶν τοὺς ξυμπότας[7],

vel *δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους*[8],

vel *αὕτη ποθ' ἡ Μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζεν, οὔ*[9].

(sc. Euripidis musa.) Scholiasta ad Aristophanis Ranas explicat: *λεσβιάζειν δὲ τὸ παρανόμως πλησιάζειν.*

Sed praeter Aristophanem alii quoque comoediae Atticae poetae commemorant vitium illud Lesbium: Pherecrates et Theopompus, e quibus ille Lesbias castigavit versibus

Δώσει δέ σοι γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίδας.
B. *καλόν γε δῶρον ἕπτ' ἔχειν λαικαστρίας*[10],

THEOPHR. fr. 131 Wimmer, LYCOPHR. 1324; APOST. III 80; ARSEN. p. 77; M. Treu, Griech. Sprichw. p. 195; cf. de Lycomede et Theseo ARISTOPH. Plut. 627 c. schol.; PAUSAN. I 17. 6

[1] POLL. VIII 81; SUID. s. v. *Σκυρίαν δίκην*; KOCK III 564 (fr. 902) [2] cf. Meier-Schoemann-Lipsius, Att. Prozess p. 908 not. 407 [3] HESYCH. s. v. *Σκυρία δίκη* [4] FEST. p. 384. 1 Lindsay [5] APOST. XV 71 [6] Erasm. 186. 409; C. O. Müller, Dorier II 293. 320; Bauck p. 37; Hotop p. 253. 276; Kurtz p. 314; Blümner p. 194; Salzmann p. 38; Steinhausen p. 33; Wilamowitz, Sappho und Simonides p. 71 sqq. [7] ARISTOPH. Vesp. 1345 sq. c. schol. [8] ARISTOPH. Eccl. 920 [9] ARISTOPH. Ran. 1308 [10] MEIN. II 339 (fr. 8); KOCK I 192 (fr. 149)

qui mirifice congruunt cum Homeri Iliad. I 270[1], hic autem verbis

ἵνα μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο καὶ θρυλούμενον
δι' ἡμετέρων στομάτων
εἴπω σόφισμ', ὅ φασι παῖδας Λεσβίων
εὑρεῖν[2].

Scholiasta ad Aristophanis Vespas[3], qui utrumque locum memoriae prodidit, praeterea Strattidis qui sequuntur locos ad vitium illustrandum referendos esse docet:

Ἐγῷδα τοὐπίνικος ὀργισθεὶς ἔφη,
τῷ στόματι δράσω τοῦθ' ὅπερ ⟨χοἰ Λέσβιοι⟩[4]

et

ἢ μήποτ', ὦ παῖ Ζηνός, ἐς ταὐτὸν μόλῃς,
ἀλλὰ παραδοὺς τοῖς Λεσβίοις χαίρειν ἔα[5].

Posterae si respicimus aetatis scriptores, apud Ovidium[6] et apud Suetonium[7] Lesbiarum mentio fit nec non apud Galenum, qui se inter fellatores magis exsecrari qui phoenicissent quam qui lesbientur, confitetur[8]. Similiter Lucianus *λεσβιάζειν* et *φοινικίζειν* coniungit[9]. Lexicographi Hesychius[10], Photius[11], Suidas[12] et ipsi verbum *λεσβιάζειν* commemorant. Praeterea illa vox occurrit apud Eustathium[13], Apostolium[14], in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis[15].

Non bonos homines Lesbum insulam tulisse[16] etiam e proverbio patet *Λεσβίων ἀξία*, quod *ἐπὶ τῶν ἀπράκτων* dicebatur teste Zenobio[17], Photio[18], Suida[19]. Usurpavit praeterea adagium Libanius[20]. Fortasse etiam haec verba de rebus irritis dicta ad Lesbiorum perversum spectant amorem et quasi irritum. Similiter

[1] cf. EUST. Il. I 129 p. 741. 22 [2] MEIN. II 805 (fr. 1): KOCK I 743 (fr. 35) [3] SCHOL. ARISTOPH. Vesp. 1345 [4] MEIN. II 778; KOCK I 723 (fr. 40) [5] MEIN. II 778; KOCK I 723 (fr. 41) [6] OVID. ep. XV 16 [7] SUETON. apud MILLER Mél. p. 425 [8] GALEN. de simpl. medicam. X 1, vol. XII 249 Kühn [9] LUCIAN. pseudolog. 28 [10] HESYCH. s. v. *λεσβιάζειν* et *λεσβίσαι* [11] PHOT. s. v. *λεσβίσαι* et *σιφνιάζειν* [12] SUID. s. v. *λεσβίσαι* [13] EUST. Il. I 129 p. 741. 16 sqq. [14] APOST. X 57a [15] APP. PROV. IV 73 [16] EUST. Il. I 129 p. 741. 16 [17] ZENOB. IV 88 [18] PHOT. s. v. *Λεσβίων ἀξία* [19] SUID. s. v. *Λεσβίων ἀξία*, cf. APOST. X 58 et ARSEN. p. 334 [20] LIBAN. or. XLVI 29, vol. III 393. 14 Foerster

Plutarchus puerorum amores *ἀκάρπους* vocat et *ἀτελεῖς*[1]. — In codice Laurentiano LVIII 24 proverbia Graeca continente proverbium traditum est *Λέσβιος δεξιά· ἐπὶ τῶν μηδὲν ἐνεργούντων*[2], quod ex *Λεσβίων ἀξία* forsitan natum est. Exstat praeterea in Photii epistulis[3]. — Locutio *μετὰ Λέσβιον ᾠδόν* ad Terpandrum spectans artem musicam Lesbi floruisse ostendit[4].

Chios *ἀναισχύντους* fuisse Thucydides narrat[5], quae impudicitia videlicet e divitiis eorum et luxuria nata est. *Γέλως Χῖος* notus erat ut cinaedicus risus[6] et Ceis probis et iustis opponit Aristophanes improbos Chios: *οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κεῖος*[7]. Chiorum placentae erant delicatae et mellea quadam dulcedine eisque erat singularis vis, quae proverbio *Χῖος ἦν ὁ ἀποπατῶν* satis illustratur, quod affert scholiasta ad Aristophanis Pacem[8]. Trygaeus enim, cum sedens in scarabaeo sublime fertur, videt aliquem cacantem in terra et aegre fert hanc rem veritus ne scarabaeus stercorarius pelliciatur, et dicit cum ira tum timore commotus: *„πέντε τάλανθ' ἡ πόλις ἡ Χίων διὰ τὸν σὸν πρωκτὸν ὀφλήσει“*[9], videlicet cum Chiorum placentae hominem ad illam rem, quae scarabaeum turbatura videtur, excitaverint. *Φαυλότερον* igitur *Χίων κακῶν*[10] esse summum opprobrium erat[11], cum vitam Chiam homines solum delicati gererent, ut Trimalchio Petronii, qui de se ipso dicit: „A puero vitam Chiam gessi“[12]. Chiae mensae una cum Siculis et Sybariticis ab Athenaeo[13] enumerantur; Athenaeus Timoclem comicum affert ut testem: *„Χῖοι πολὺ ἄριστ'*

[1] PLUT. amat. 752 B [2] L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 37 no. 139, cf. HESYCH. s. v. *Λεσβίων (δεξιά)* [3] PHOT. ep. 185 [4] PLUT. prov. II 10; id. de sera num. vind. 558 A; ZENOB. V 9; MILLER Mél. p. 375; DIOGEN. VI 36; SCHOL. OD. *γ* 267; HESYCH. s. v. *Λέσβιος ᾠδός;* PHOT. s. v. *μετὰ Λέσβιον ᾠδόν* et *Λέσβιον ᾠδόν;* SUID. s. v. *Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν;* EUST. Il. I 129 p. 741. 14, cf. AEL. DION. fr. 246 Schwabe et ibid. p. 56, praeterea L. Cohn, Fleckeis. Jahrb. Suppl. 1881 p. 332. 339; Bergk, comment. de reliqu. vet. comoed. Att. p. 229 [5] THUC. VIII 45. 4 [6] DIOGEN. III 87, cf. Erasm. 622 [7] ARISTOPH. Ran. 970 et APOST. XIV 16 b [8] SCHOL. ARISTOPH. Pac. 124 et Erasm. 113 [9] ARISTOPH. Pac. 124 [10] ANTH. PAL. XI 235 [11] DEMOSTH. XX (Leptin.) 81 [12] PETRON. 63 [13] ATHEN. 25 F, e quo EUST. Il. *Ω* 476 p. 1360. 13, vide Kurtz p. 320

ἀνηνρήκασιν ὀψαρτυτικήν[1]. — Turpissimus denique Chiorum mos, cuius Hesychius mentionem facit s. v. *χιαστὶ τίλλειν: ὡς τῶν Χίων κατεαγότων καὶ παρατιλλομένων*[2]. Errat igitur Hotopius p. 290 (cf. 292), cum a lexicographis omnino alienum putat proverbium, quod et ipsum apud Eustathium legitur[3]. Sed dubitari potest, an obscene dictum sit adagium de pudendis partibus rasis ut apud Suetonium[4], quas saepe vellebant homines libidinosi ad contagium in morbis venereis impediendum[5]. Erat enim proverbium *Χῖος λόφος*, quod Eustathius adhibet[6]: *τὸ ἀποτιλθῆναί φασι τὴν κεφαλὴν τὸ μέσον, ὡς οἷον λόφον ἀπολιπόντων.* Fortasse ad hunc morem verba *χιαστὶ τίλλειν* spectant neque — quod Otto Crusius[7] suspicatur et Hugo Bluemner[8] — ad mores obscenos; caput talem in modum radere re vera *κατεαγότων* mos erat.

Vita Chia voluptatum plena alearum imprimis ludum in deliciis habebat ita ut urbis nomen, in qua saepissime aleae iaciebantur (similiter *κωάζειν* significabat aleis ludere[9]), in terminum technicum huius ludi abiret. *Κῷος Χῖος* vel *Χῖος πρὸς Κῷον* dicebatur de certis talorum iactibus: Cous enim valebat sex, Chius autem unum, testibus Zenobio[10], Diogeniano[11], Hesychio[12], Polluce[13], Apostolio[14]; conferatur aenigma anthologiae Palatinae, in quo *Χῖος* et casum talorum et vinum Chium significat[15]. Praeterea proverbium erat *Χῖος παραστὰς οὐκ ἐᾷ Κῷον λέγειν*, quod Apostolius de maiore Chiorum potentia dictum putat[16], quae interpretatio falsa est. Eustathius enim etiam illud proverbium ad talorum ludum refert: *ὅθεν καὶ παροιμία· Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐάσω,* quae verba Strattis comicus imitatus est versu ab Apostolio supra allato: *Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν*[17]; similiter rem exponit Platonis scholiasta[18]. Explicandum

[1] MEIN. III 613 (fr. 3); KOCK II 466 (fr. 37) [2] KOCK III 566 (fr. 919) [3] EUST. Od. γ 169 p. 1462. 35 [4] SUETON. Galb. 22 [5] Haeser, Geschichte der Medizin[3] III 215 [6] EUST. Od. γ 169 p. 1462. 38 [7] O. Crusius, Unters. zu Herond. p. 121 [8] Blümner p. 194 [9] HESYCH. s. v. *κωάζειν* [10] ZENOB. IV 74 [11] DIOGEN. V 70 [12] HESYCH. s. v. *Κῶος Χῖον* [13] POLL. VII 205, IX 100 [14] APOST. X 35 [15] ANTH. PAL. VII 422 Stadtmueller, cf. K. Ohlert, Rätsel und Rätselspiele der alten Griechen[2] p. 135 [16] APOST. X 35, cf. Erasm. 646 [17] EUST. Il. Ψ 88 p. 1289. 64; Od. α 107 p. 1397. 41; Hotop p. 253 et L. Cohn, Fleckeis. Jahrb. Suppl. 1881 p. 354 et 359 [18] SCHOL. PLAT. p. 320 Bekker, cf. Erasm. 278

esse proverbium hunc in modum Voemelius putat[1]: si unum et sex situ coniuncti erant, sex non numerabatur; Chius (unum) Coum (sex) non loqui sinebat. Aliter explicat Ludovicus Bolle: si quis e duobus talorum iactibus primum habet Coum, deinde Chium, vincere non potest[2]. Chius ille casus talorum etiam κύων nominabatur, quod e lusu verborum ortum esse videtur.

Verbum *Χιάζειν* artis musicae propria est; Aristophanis fragmentum est illud „*αὐτὸς δείξας ἐν θ'ἁρμονίαις χιάζων ἢ σιφνιάζων*“[3]; *χιάζειν* et *σιφνιάζειν* coniungit etiam Hesychius[4], et Pollux explicat: *τὸ περιέργοις μέλεσι χρῆσθαι, ἀπὸ Δημοκρίτου τοῦ Χίου*[5] *καὶ Φιλοξένου τοῦ Σιφνίου*, qui teste Suida primi poemata ad colores traducebant[6]. Sed fieri potest ut hoc proverbium sensum malum occultum habeat; in appendice enim proverbiorum Corporis Gottingensis explicatur *σιφνιάζειν* verbis: *ἔστι δὲ τὸ ἅπτεσθαι τῆς πυγῆς δακτύλῳ*[7], quae impudicitia ad Chiorum mores corruptos optime quadrat. Fortasse significat *σιφνιάζειν* pedicandi vitium; *δάκτυλος* enim penis vocatur apud Aristophanem[8]. Comparetur etymologici Gudiani glossa *δάκτυλος*[9], ubi verba *παρὰ τὸ . . . ἀδελφοποιὸς εἶναι καὶ ἀδελφὰ* ⟨*ποιεῖν*⟩ *τὰ τικτόμενα* ad membri virilis sane vim spectare videntur. Praeterea adhibendi sunt „Dactyli“ illi Idaei, quos deos phallicos fuisse Georgius Kaibel ostendit[10]. Cf. quae supra (p. 74) de proverbio *Σίφνιος ἀρραβών* exposuimus.

Insula Psyra[11] duobus proverbiis perstringebatur. *Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες* de eis dicebatur, qui in conviviis vinum non

[1] I. Theodor. Voemel, De Euripide casu talorum. Progr. Frankfurt a. M. 1847, p. 4 et 6 [2] L. Bolle, Das Knöchelspiel der Alten. Festschr. z. Feier d. 50 jähr. Dienst-Jubil. des Herrn Gymn.-Dir. Dr. Nölting. Wismar 1886, p. 35 sq.; cf. G. van Hoorn, De vita atque cultu puerorum monumentis antiquis explanato. Diss. Amstelod. 1909, p. 64 sqq. [3] ARISTOPH. fr. 912 Geld.-Hall, cf. Fritzsche ad Aristoph. Ran. p. 397 et eiusd. Quaest. Aristoph. I 233, qui Aristophani illud fragmentum non tribuendum esse contendit [4] HESYCH. s. v. *χιάζειν* [5] POLL. IV 65, cf. DIOGEN. LAERT. IX 7. 49 et Pauly-Wiss. V 140 [6] SUID. s. v. *χιάζειν* [7] APP. PROV. IV 73 (Vat. III 84) [8] ARISTOPH. Nub. 651 sqq. [9] cf. R. Reitzenstein, Gesch. d. griech. Etym. p. 140 [10] Gött. gelehrt. Nachricht. 1901 p. 488 sqq. [11] Erasm. p. 85

potabant: *λέλεκται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εὐτέλειαν σημαινόντων*[1]. Utebantur hoc proverbio Alcman (*πάρ θ' ἱερὸν σκόπελον παρά τε Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες*[2]) et Cratinus[3]. Cratinus etiam aliud proverbium de Psyra dictum adhibuit *ἐν Νεμέσει: Ψύρα τε τὴν Σπάρτην ἄγεις*"[4]. Omnino Psyrii famosi erant teste Hesychio; *Ψύριος* enim *τὸν ἀκάθαρτον* significabat[5].

Samii[6] in numero urbium luxu celebrium non ultimum locum obtinebant. Placentae Samiae tam famosae erant, ut insulae inde cognomen esset *πλακουντοποιός* apud Sopatrum phlyacographum[7] et apud Plutarchum[8]. Praeterea Tertullianus placentarum illarum mentionem facit verbis: „et terram audimus lacte et melle manantem, non tamen ut de glebis credas te unquam placentas et Samias coacturum"[9]. Sic scripsit Oehler; sed vocula „et" inter „placentas" et „Samias" intolerabilis est ideoque delenda, etiamsi codices praebent.

Mercatura fiebat talium placentarum *ἐν Σαμιακῇ λαύρᾳ*, quam Polycrates instituit Samiorum tyrannus tam mollis, ut teste Clearcho *διὰ τὴν περὶ τὸν βίον ἀκολασίαν* moreretur[10]. Simile proverbium erat *Σαμίων ἄνθη*, quod legimus apud Plutarchum[11], in Milleri codice Athoo[12], apud Libanium duobus epistularum locis[13], quorum altero scriptum est ex errore librarii *Σαλαμινίων ἄνθη* (sic Wolfius), praeterea apud Suidam[14] et Macarium[15].

Samus igitur sedes erat luxuriae Ionicae, qua de causa Anacreon

[1] SUID. s. v. *Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες*, cf. PHOT. s. ead. v.; EUST. Od. *γ* 171 p. 1462. 3; GREG. CYPR. LEID. III 40; APOST. XVIII 55; ARSEN. p. 484; APP. PROV. V 39 [2] SCHOL. Od. *γ* 171, cf. ALCMAN. fr. 46, Bergk[4] III 53 [3] MEIN. II 207 (fr. 92); KOCK I 114 (fr. 352) [4] MEIN. II 84 (fr. 7); KOCK I 49 (fr. 112) [5] HESYCH. s. v. *Ψύριος* [6] Erasm. 113. 408. 409. 502. 640; Th. Panofka, Res Samiorum, Berol. 1822, imprimis p. 17. 77 sqq. 80; Kiepert p. 324; Kurtz p. 313; Otto Sprichw. p. 307; Salzmann p. 38 [7] KAIBEL CGF I 1. 192; ATHEN. 644 C [8] PLUT. de tuend. san. praecept. 124 F [9] TERTULL. adv. Marcion. III 5 Kroymann [10] ATHEN. 540 F; FHG II 310 (fr. 22), cf. EUST. Il. *Π* 702 p. 1082. 38 et Hotop p. 252; EUST. Od. *χ* 14 p. 1922. 2; SCHOL. HOM. Il. XVI 702; MACAR. VII 55 [11] PLUT. prov. I 66 [12] MILLER Mél. p. 373 [13] LIBAN. ep. 290 extr. et 1311. 2 Wolf [14] SUID. s. v. *Σαμίων ἄνθη* [15] MACAR. VIII 2

eam *ἄστυ νυμφέων* vocavit[1] secundum Hesychium[2], et Asius[3] poeta teste Duride Samios perstrinxit[4]. Verba autem *Σαμιακὸν τρόπον*, quibus scholiasta ad Aristophanis Pacem[5] teste Cratinus comicus usus est[6], non ad luxuriam spectant, sed ad naves Samiacas, quarum *πρῶραι* suis formam habebant. Photii locus qui huc pertinet admodum corruptus est: *Σαμιακὸν τρόπον· Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· εἰς ὑγιείαν ἐπισκώπτων μιννύω· ὑσὶ γὰρ ἐμφερεῖς εἶχε τὰς πρώρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα, ὡς Χοιρίλος ὁ Σάμιος.* Verbum *μιννύω* plane sensu caret; in litteris illis hominis nomen latere, cuius vel spurcitiam vel oris turpitudinem Cratinus notare voluit, iam Meinekius vidit; sed quale illud sit, se nescire fatetur: „fortasse *Σίμωνα*“[7], quod nomen proprium est furum hominumque nequissimorum[8]. Idem coniecit, sed dubitanter Mauritius Schmidt[9]. Recta tamen est coniectura, quam ad comprobandam (quod interpretes adhuc neglexisse videntur) affero Hesychii glossam *Σαμιακὸς τρόπος*, in qua legimus: *τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσίμωνται ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι.* Nomen „Simon“ simillimum est verbi *σιμόω* et Simo quidam, cui erant labia crassa et *σεσιμωμένα* vel nasus *σεσιμωμένος*, facile a comico hac de causa irrideri potuit.

Proverbium *Τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην* utrum ad Pythagoram philosophum an ad pugilem quendam referendum sit, et veteres et recentiores dubitaverunt. Teste enim Plutarcho locutio ad pugilem spectat, qui propter mollitiem irrisus, quia comas habebat longas, antagonistas irridentes vicit, et dicitur de iis, qui adversarios putant infirmiores quam re vera sunt[10]. Iamblichus autem proverbium ad Pythagoram refert: *ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ ἢ*

[1] fr. 16, Bergk[4] III 259, cf. Isocr. XIV (Plat.) 108 [2] HESYCH. s. v. *ἄστυ νυμφέων* [3] ASII fr. 13, EP. GRAEC. FR. I 206 Kinkel [4] ATHEN. 525 E; FHG II 480 (fr. 47) [5] SCHOL. ARISTOPH. Pac. 143 [6] MEIN. II 23 (fr. 11); KOCK I 16 (fr. 13), quorum vide notas; cf. Naekium Choeril. p. 156 sq.; DIDYM. CHALCENT. p. 35 M. Schmidt: HESYCH. s. v. *Σαμιακὸς τρόπος*; PHOT. s. v. *Σαμιακὸν τρόπον* [7] cf. ARISTOPH. Nub. 350. 398 [8] O. Crusius, Zu der alexandrinischen Sprichwörtersammlung. Philol. Suppl. Bd. VI 301; Proben aus den Mimiamben des Herondas. Philol. L (1891) 714 [9] ad HESYCH. s. v. *Σ. τρ.* [10] PLUT. II 8, cf. MILLER Mél. p. 374

παροιμία τὸν ἐκ Σάμου κομήτην διακηρύττει[1]. Diogenianus[2] denique et Apostolius[3] aliam rursus explicationem praebent: *ἐπὶ τῶν οὐδὲν χάριεν λεγόντων. οἱ γὰρ οἰκοῦντες ἐκεῖσε πρὸς χοροὺς ἐπιτήδειοι, οὐ πρὸς ἄλλο τι χρήσιμον.*

Brevissime mentio fiat locutionis, quae exstat in Aristophanis fragmento: *Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὁ πολυγράμματος*[4]. Dicebatur, quia Callistratus Samius scholiasta ad Homeri Iliadem[5] teste, temporibus belli Peloponnesiaci cum Atheniensibus communicavit litteras viginti quattuor, quibus in posterum utebantur Athenienses. Eadem legimus apud Hesychium[6], Suidam[7], Apostolium[8].

Proverbium *Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις*[9] spectat ad Periclis victoriam e Samiis latam[10].

De Cois pauca nobis dicenda sunt, postquam de Chiis prolixe p. 88 sq. verba fecimus et de proverbiis *Κῷος Χῖον* vel *Χῖος παραστὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.* — Feminae Coae simili ac Thessalae fama utebantur, quod concludere licet ex Hesychii glossa: *αἱ Κῷαι παρὰ Φιλήτᾳ. καὶ αἱ φαρμακίδες.* — Vestes Coae notissimae erant neque solum meretricum propriae, sed etiam viros non pudebat teste Plinio has vestes usurpare „propter levitatem aestivam"[11]. Apud Eustathium solum invenimus adagium *Ὃν οὐ θρέψει Κῶς, ἐκεῖνον οὐδὲ Αἴγυπτος*[12]. Erat enim insula fertilissima, qua de causa etiam Aegyptus famosa[13].

Rhodii[14] propter nimiam vitae atque cultus elegantiam infames erant. Facetias Rhodias una cum Siculis Cicero ut insignes enumerat[15]. Stratonicus autem eorum *πολυτέλειαν* illusit

[1] IAMBLICH. vit. Pythag. VI 30, cf. II 11 Nauck [2] DIOGEN. IV 58 [3] APOST. VII 31, cf. ARSEN. p. 231. 232 [4] ARISTOPH. fr. 64 Geld.-Hall [5] SCHOL. HOM. Il. II 185 [6] HESYCH. s. v. *Σαμίων ὁ δῆμος* [7] SUID. s. ead. v. [8] APOST. XV 32 [9] MILLER Mél. p. 368; MACAR. VIII 3; APOST. XVI 14; APP. PROV. IV 84 [10] PLUT. Pericl. 25; AELIAN. var. hist. II 9; SUID. s. v. *Σάμη* [11] PLIN. nat. hist. XI 21 [12] EUST. Il. Ξ 255 p. 983. 32, cf. Hotop p. 303 et Kurtz p. 316 [13] APP. PROV. II 33 et LIBAN. or. XI, vol. I 441. 18 Foerster, cuius vide notam. [14] Erasm. 623. 680. 737; Ioann. Meursii Rhodus, Amstel. 1675; Barthélemy, Anacharsis VIII 37 sq.; C. O. Müller, Dorier II 267. 403; von Wyss p. 24; Otto Sprichw. p. 300; H. van Gelder, Geschichte der alten Rhodier. Haag 1900 [15] CIC. de orat. II 217

verbis: *οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους . . . . . ὀψωνεῖν δ'ὡς ὀλιγοχρονίους* teste Plutarcho[1] et eos *λευκοὺς Κυρηναίους* appellabat et *μνηστήρων πόλιν*[2].

Ut homines gloriosi Rhodii etiam apud Romanos noti erant, quod e Plauti[3], Terentii[4], Catonis[5] locis, praeterea e proverbio *Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι, δέκα νῆες* liquet, quod teste Diogeniano[6] *ἐπὶ τῶν ἀλαζευομένων* dicebatur.

Rhodiorum in sacris faciendis blasphemia in proverbium abiit *Ῥόδιοι τὴν θυσίαν: ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς βλασφημούντων*[7]. Locutio *Ῥοδίων χρησμὸς* ad eos spectat, qui curiosius sciscitantur[8]. Rhodii enim, cum Lindiae Minervae sacrificabant, cotidie in templo epulabantur; mos autem illis non erat, ut matulam inferrent. Quod cum oraculum eis facere permisisset, rursus sciscitati sunt, aereamne an fictilem? Tunc deus iratus respondit: neutram.

Haud secus ac Rhodiorum etiam Lindiorum[9] sacrificium in proverbium abiit: celebrabatur non *εὐφημίᾳ,* sed maledictis et exsecrationibus, quod ex adagio patet *Λίνδιοι τὴν θυσίαν.* Exstat apud Lactantium[10], Philostratum[11], Gregorium Nazianzenum[12], praeterea apud Zenobium[13], Diogenianum[14], Hesychium[15], Apostolium[16]. Origo autem sacrificii illius insoliti hunc in modum explicatur: Hercules olim agricolae cuidam Lindio duos boves per vim eripuit et mactatis illis cenam sibi paravit. Senex autem Herculi comedenti, cum multa in eum maledicta congereret, voluptati pariter ac risui factus est. Zenobius l. c. oraculo quodam talia sacrificia iussa esse contendit.

---

[1] PLUT. de cupid. divit. 525 B [2] ATHEN. 351 C, cf. 352 B [3] PLAUT. Epidic. 300 [4] TER. Eun. 420 [5] CAT. apud GELL. VI 3. 50 [6] DIOGEN. V 18, cf. APOST. VIII 56 et ARSEN. p. 276 [7] DIOGEN. VII 96; DIOGEN. VIND. III 72; HESYCH. s. v. *Ῥόδιοι τὴν θυσίαν;* GREG. CYPR. III 57; APOST. XV 29; ARSEN. p. 425; cf. L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 80 no. 79 [8] DIOGEN. VIII 4; PHOT. s. v. *Ῥοδίων χρησμός;* SUID. s. ead. v.; APOST. X 25; ARSEN. p. 424 [9] Erasm. p. 623; Meursii Rhodus p. 20 sqq.; C. O. Müller, Dorier I 402 not. 2 [10] LACTANT. I 21 [11] PHILOSTR. imag. II 24 p. 113. 11 ed. Vindob., cf. Ammian. XXII 12. 4 [12] GREGOR. NAZ. carm. II 7. 278, Migne patrol. graec. vol. XXXVII 1573 [13] ZENOB. IV 95 [14] DIOGEN. VI 15 [15] HESYCH. s. v. *Λίνδιοι τὴν θυσίαν* [16] APOST. X 71

In insula Veneris Cypro feminas *ἀκολάστους* fuisse Athenaeus testatur[1]; more Asiatico Veneri se ipsas et virginitatem sacrificaverunt[2]. Lapethii[3] autem stulti fuerunt teste Hesychio[4].

[1] ATHEN. 516 A, cf. W. H. Engel, Kypros I 494 [2] A. E. I. Holwerda, Die alten Kyprier in Kunst und Kultus, Leiden 1885, p. 43 [3] W. H. Engel, Kypros I 507; K. F. Hermann, Gesamm. Abhandl. und Beiträge p. 92 not. [4] HESYCH. s. v. *Λαπήθιον*

DE COLONIIS GRAECIS IN THRACIA ET ASIA SITIS

Ex insulis maris Aegaei in terram revertimus continentem ad urbes Thraciae et Asiae, quae quidem Graecae fuerint, illustrandas.

In proverbii consuetudinem abiit stultitia Abderitana[1], cuius causa haud secus atque origo stupiditatis Boeotorum repetenda videtur ex aere crasso[2]. Hippocrates enim[3] mentionem facit morborum, quibus saepissime Abderitae afficiebantur ita ut mentis acies turbaretur, et Lucianus[4] *Ἀβδηριτικοῦ πάθους* cuiusdam proprias notas describit ridiculi quidem et mentis insaniam indicantis: aegroti vexabantur febri, sanguis profluebat eis naribus, praeterea versus ex Euripidis Medea recitabant. Etiam Galenus caeli iniquitatem causam esse putat insipientiae Abderitanae[5]; similiter morbus quidam Britannorum, qui vulgo „spleen“ vocatur, ad caliginem illius terrae satis notam refertur.

Sed mirum: res ab Abderitis gestas recensentes nulla vestigia stultitiae invenimus[6], quae tam saepe apud scriptores occurrit. Primus, qui illam denotat, Ottoni Crusio optimo iure Demosthenes esse videtur, qui crimini dat Atheniensibus, quod rem publicam in modum Abderitarum vel Maronitarum, non Atheniensium administraverint[7]. K. F. Hermann autem Ciceronem primum certum testem proverbii illius esse contendit[8]. Nam Cicero, cum vituperat Democriti de deis opiniones[9], sententias illas Democriteas Democriti patria digniores censet quam Democrito ipso. Idem prava senatus consulta illudit: „Hic Abdera non tacente me“[10]

---

[1] Erasm. p. 279. 407; Bauck p. 41; Otto p. 1; Kiepert p. 323; O. Crusius, Unters. z. Herondas p. 38; Büchmann p. 429 [2] Pauly-Wiss. I 23 [3] HIPPOCR. de morb. vulg. 3 [4] LUCIAN. quomodo hist. scrib. sit 1 sq. [5] GALEN. quod animi mores corpor. temper. sequuntur, vol. IV p. 767 Kühn [6] K. F. Hermann, Gesamm. Abhandl. p. 90 sqq.: Versuch einer urkundlichen Geschichte von Abdera; nuper Max Strack, Die antiken Münzen von Trakien I 1 (1912) et H. v. Arnim, Wiener Eranos p. 8 [7] PS. DEMOSTH. XVII *(περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον)* 23 [8] Gesamm Abhdl. p. 90 [9] CIC. de nat. deor. I 43 (120) [10] CIC. ad Att. IV 13. 3

et stultitias illas verbis castigat: „Id est *'Αβδηριτικόν*“[1]. Vitruvius Abderitarum mentionem facit, cum de picturis loquitur, quae Trallibus, in urbe Cariae, ecclesiasterium ornabant[2]; auctor earum erat Apaturius pictor Alabandeus[3], et erant blandae, sed ab eo, quod est vel quod esse potest, abhorrebant ita ut Licymnius mathematicus moneret: „videamus item nunc, ne Apaturii scaena efficiat et nos Alabandeas aut Abderitas“. — Abderitae apud Iuvenalem et Martialem non desunt, cum Iuvenalis „summos posse viros (sc. Democritum, Protagoram, alios) vervecum in patria crassoque sub aëre nasci“ concedat[4], Martiali autem „Abderitanae pectora plebis habere“ videantur ei, qui Mucio Scaevolae laudem tribuunt[5]. Apud Tatianum *'Αβδηρολόγος* occurrit[6]; Arnobius denique in refutando aliquo paganorum errore „O Abdera“ inquit „Abdera, dares quantas vias mortalibus inridendi, talis si apud te esset fabula ita conflata“[7].

Adhuc stupiditas Abderitana oblivione nondum obruta est neque solum viris doctis nota; per medium aevum memoria obduravit, et anno 1597 in libro, quem dicimus Lalenbuch, sine dubio auctor exempla ad homines stultos effingendos petivit e rebus gestis Abderitanis: originem enim hominum illorum stultorum, qui Schildbürger vocantur, e Graecia deducendam esse liber ille popularis narrat, quem nuper edidit Carolus de Bahder[8], et vel sapientis cuiusdam mentio fit[9]: scilicet Democriti, etiamsi nomen eius non exstat in illo libro. Chr. M. Wieland postea historiographus Abderitarum factus est[10];

[1] CIC. ad Att. VII 7. 4 [2] VITRUV. de arch. VII 5. 6 Krohn [3] Pauly-Wiss. I 2681, cf. Mau, Gesch. der dekorat. Wandmalerei in Pompeii p. 247 [4] IUVEN. X 48 c. schol. [5] MART. X 25 [6] TATIAN. or. ad Graecos c. 17, p. 18. 14 Schwartz [7] ARNOB. V 12 [8] Das Lalebuch (1597) mit den Abweichungen und Erweiterungen der Schiltbürger (1598) und des Grillenvertreibers (1603) herausgegeben von Karl von Bahder. Halle a. S. 1914 [9] Lalebuch p. 9 von Bahder: „ . . . werden wir befinden, daß ire erste Vorältern auss Griechenland herkommen, vnd von der weysen Meystern einem erbohren seyen. Welches dann . . . auss ihrer edlen art vnnd hohen Weyssheit leichtlich abzunemmen: als dann der namen LALE, welcher Griechisch ist, vnd einen Schwetzer . . . . heisset, dessen auch etlicher massen zeugnuss gibt. [10] Wieland, Teutscher Merkur 1781

nuper disseruit Wilamowitzius de causa, qua Abderitae stulti haberentur[1].

Restat ut afferamus exempla stultitiae Abderitanae quae Philagrius in Philogelote memoriae tradidit[2]: Urbis Abderae erant duae partes, quarum altera ad occasum solis, altera ad orientem spectabat. Hostium impetu subito facto incolae regionis, quae ad orientem vergebat, locuti sunt: nolimus turbari, cum hostes portam occidentalem aggrediantur. — Abderita eunuchum cum femina loquentem vidit et interrogavit, an illa uxor eius esset; data responsione eunuchos uxores habere non posse, dixit: „sane, est filia eius". — Abderita, qui allium et cepas corpus inflare audiverat, saccum allii plenum in navem tulit et malacia et tranquillitate maris facta eum post lintea suspendit. — Abderita alii Abderitae asinum debuit neque reddere eum potuit, sed se duos *ἡμιόνους* daturum esse pollicitus est. Sed satis haec, plura exempla apud Philagrium l. l. invenies.

Simili atque Abderitae fama Maronitae[3] utebantur, quod e Pseudodemosthenis loco apparet: *ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις ἢ Μαρωνείταις, ἀλλ' οὐκ ἐν Ἀθηναίοις πολιτευόμενοι*[4].

Libethrii[5] propter stultitiam et *ἀμουσότητα*, quia Orpheus ibi interfectus esse dicitur, perstringuntur proverbio *Λειβηθρίων ἀνοητότερος* vel *ἀμουσότερος*, quo Thucydidem quoque usum esse Zonaras testatur[6]. Sed apud Thucydidem illa verba non exstant, qua de causa Schaefer in Tittmanni ad Zonaram Addendis *Θουκυδίδης* correxit in *Θουγενίδης*, comici illius Attici nomen[7]. Sed res dubia est, praesertim cum alibi apud auctores Graecos vetustiores proverbium non appareat, sed apud Aristaenetum demum[8] et apud paroemiographos et lexicographos inveniatur, ut

[1] Wilamowitz, Sappho u. Simonides p. 256 not.: „Die Abderitenfabel ist durch den Gegensatz zu dem weisen Demokrit entstanden; wäre er auch aus Kyzikos oder sonst woher gewesen, immer würde seine Heimat dem lachenden Philosophen den Stoff zu seinem Gelächter gegeben haben. Auf das wirkliche Abdera und gar auf das Abdera in dem Jahrhundert des Demokrit darf einen Schluß aus dieser Fabel nur ziehen, wer sie für keine Fabel hält." [2] PHILAGR. *Φιλόγελως* p. 289 Boissonade [3] Kiepert p. 323; STEPH. BYZ. s. v. *Μαρώνεια* [4] [DEMOSTH.] XVII *(περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξ.)* 23 [5] Erasm. p. 284; Kurtz p. 314 [6] ZONAR. p. 1294 Tittmann, s. v. *Λειβήθριοι* [7] Addend. ad Zonar. p. 146; de Thugenidis fragmento quodam cf. I. Stroux, Herm. XLII 643 sq. [8] ARISTAEN. ep. I 27 Boissonade

apud Zenobium [1], Diogenianum [2], Eustathium [3], Zonaram [4], Apostolium [5]. Praeterea commemoratur adagium in Crameri Etymologico Parisini codicis 2669 [6], in epistula anonymi cuiusdam ab eodem edita [7], denique in lexico schedographico a Boissonadio publici iuris facto [8].

Verbum *βεργαΐζειν* [9], apud veteres idem significabat ac nihil veri dicere. Falso autem ad Bergaeorum omnium mores proverbium refertur: unus ex illis mendacitate tam famosus erat, ut totam patriam mendacitatis maculo afficeret. Et erat ille Antiphanes comicus [10], qui tot et tanta mendacia in comoediis vulgaverat. Marcianus Heracleensis in epitomae peripli Menippei capite primo, cum vanas illas et ridiculas vetustissimorum scriptorum de rebus geographicis sententias perstringere vult [11], superatum esse ab eis mendacitate ipsum Antiphanem Bergaeum dicit. Incredibiles eiusdem narrationes Scymnus quoque commemorat [12]. Quam ob rem „testis Bergaeus“ pessimus testis erat et incertissimus [13] et verba talis hominis nil nisi *φλυαρία*. Strabo imprimis Antiphanem hunc in modum illudit: *Βεργαῖον διήγημα* Posidonii quandam vocat narrationem [14], alibi Antiphanis ipsius mendaciorum mentionem facit [15] vel „Euhemerum Bergaeum“ Eratosthenem appellat [16]. Stephanus Byzantius illos Strabonis locos affert et ipse rem narrat [17]. Mendacia Antiphanis ad res geographicas spectavisse videntur, cum apud geographos solos vituperentur.

Chalcidenses testis est Theopompus [18] in compotationes et mollitiem et omne genus flagitiosae luxuriae ruisse. Tales autem omnes Thraces fuisse.

De Abydenis [19] dicebatur proverbium *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα*.

[1] ZENOB. I 79, cf. MILLER Mél. p. 369 et 377 [2] DIOGEN. II 26; DIOGEN. VIND. I 37 [3] EUST. opusc. 331. 62 Tafel [4] ZONAR. p. 1294 Tittmann s. v. *Λειβήθριοι* [5] APOST. II 67; X 50, cf. ARSEN. p. 52 [6] CRAM. ANECD. PARIS. IV 148, s. v. *Λείβηρα* (sic) [7] CRAM. ANECD. OXON. III 189. 7 [8] BOISSON. ANECD. IV 390. 475, s. v. *Λειβήθριοι* [9] Erasm. p. 309. 577; Keim p. 5 et 17 [10] Mein. I 304; Pauly-Wiss. I 2518; Christ, Hist. litt. Gr.[5] I 418; de Antiphanis fragmento quodam cf. Wunderer p. 103 [11] GEOGR. GRAEC. MIN. I 565 [12] SCYMN. perieg. 653 sq. [13] STRAB. I p. 47 C [14] STRAB. II p. 100 C [15] STRAB. II p. 102 C [16] STRAB. II p. 104 C [17] STEPH. BYZ. s. v. *Βέργη* [18] ATHEN. 442 EF; FHG I 304 (fr. 149) [19] Erasm. 113. 117. 207; Schott, de prov. Graec. I 294. 308; Pauly-Wiss. I 129; Hotop p. 274; Kurtz p. 308; Bauck p. 41; Blümner p. 194; Salzmann p. 39

quod alii aliter explicabant. Athenaeus[1], cum de usu vocis *ἐπιφόρημα* loquitur, exempla affert et in his *'Αβυδηνὸν ἐπιφόρημα*, quae Abydena bellaria Aristide[2] in tertio proverbiorum libro teste portorium aliquod fuisse dicuntur. Diogenianus de molestis locutionem illam dici contendit[3]: morem Abydenis fuisse post cenam infantes ostendere convivis, sed moleste eos tulisse talia bellaria multo puerorum clamore facto. Zenobius praeter hanc interpretationem aliam affert[4]: *εἴρηται δὲ ἡ παροιμία καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους*. Eudoxus comoediae novae poeta usus est illo proverbio teste Zenobio l. l.[5]. Breviter commemorant *'Αβυδηνὸν ἐπιφόρημα* Stephanus Byzantius[6] et Hesychius[7], sed nil novi ad explicandum praebent; immo Hesychius iisdem usus est verbis ac Zenobius. Eandem Suidas interpretationem sequitur[8]: Abydeni, cum aliquem civem aut peregrinum excipiunt convivio, post unguentum et coronas illatas pueros osculantes circumferunt. Nutricibus vero tumultuantibus et pueris vociferantibus praesentes molestia afficiuntur. Eustathius nil nisi verba ipsa affert adiecta brevissima interpretatione: *ἐπὶ τῶν ἀηδῶν*, nec nisi paulo accuratius Gregorius Cyprius[9], Macarius[10], Apostolius[11]; conferatur quoque glossa *συναγωγῆς λέξεων χρησίμων*[12]: *"Αβυδον· φλυαρίαν τὴν πολλήν. "Αβυδος: ἐπὶ ταραχῇ καὶ εὐχερείᾳ λόγου*. In Suidae glossa Nicolaus Festa[13] iocum inesse putat, cuius vis sit in verbo *βύειν* (farcire), ut *"Αβυδος* tantum fere valeat quantum *ἄθυρος, ἀθύρωτος*, similia, cuiusmodi ludibrium obsceni sermonis licentia in Sinopen meretriculam coniecit, si quidem haec, ut Herodicus testatur[14], *"Αβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι*. Qua de causa fieri potuit ut Palae-

---

[1] ATHEN. 641 A [2] Pauly-Wiss. II 886; Susemihl, Gesch. d. alex. Litt. II 574 not. [3] DIOGEN. I 1, cf. M. Treu, Griech. Sprichw. Philol. N. F. I p. 198 no. 31 [4] ZENOB. I 1, cf. MILLER Mél. p. 356 [5] MEIN. IV 508; KOCK III 332 (fr. 2) [6] STEPH. BYZ. s. v. *"Αβυδοι* [7] HESYCH. s. v. *'Αβυδηνὸν ἐπιφόρημα* [8] SUID. s. ead. v. [9] GREG. CYPR. LEID. I 26; GREG. CYPR. VAT. I 2; GREG. CYPR. MOSQU. I 38, cf. E. Geisler, Die Sprichwörtersammlung des Gregor von Cypern p. 89 sqq. [10] MACAR. I 1 [11] APOST. I 1, cf. ARSEN. p. 11 [12] ANECD. BEKK. I 322. 29 sqq. s. vv. *"Αβυδον; "Αβυδος; 'Αβυδοκόμης;* ANECD. BACHMANN. I 5. 9 sq. s. iisd. vv. [13] Prolegomen. ad Palaeph. p. XLII sq. [14] ATHEN. 586 A; HARPOCR. p. 273. 5 Dindorf s. v. *Σινώπη*

phati obtrectatores eum ut hominem garrulum „Abydenum“ appellarent.

Sycophantas Abydenos fuisse vel ex interpretatione Zenobiana adagii *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα* apparet. Sed praeterea testes plurimi exstant. Primus est Aristophanes, cuius fragmentum laudavit Zenobius l. c.: *ἔνθεν Ἀριστοφάνης τὸν συκοφάντην Ἀβυδοκόμην εἶπεν*[1]. Stephanus Byzantius, quamquam delatores Abydenos commemorat, tamen verba Aristophanis ignorare videtur[2]. Neque Hesychius, qui ad explicandam locutionem *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα* dicit: *ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους*, ibi Aristophanis vel verbi *Ἀβυδοκόμης* mentionem facit[3]. *Ἀβυδοκόμας* autem vocem explicat idem glossa *ὁ ἐπὶ τῷ συκοφαντεῖν κομῶν*, quae verba fortasse hausit e quodam in Aristophanis comoediam amissam scholio. Occurrunt eadem verba saepius[4]. Libanius sycophantas Abydenos vituperat duobus epistularum locis, quorum altero[5] Gaianum quendam, ut ceteros Abydenos esse sinat suisque ipse moribus vivat, admonet, altero[6] Parnasii fortunam commiseratur, qui „in multos illos Abydenos“ incidit.

Abydeni omnino non morum integritate excelluerunt. Erant luxuriosi teste Aristophane, qui *Τριφάλητι*[7] enumeravit urbes nonnullas luxuria famosas, in his Abydum. Alcibiadem admodum iuvenem ibi moratum esse et omni libidinum generi se dedisse Antiphon dicit[8]: *ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθης ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων, παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα ᾤχου ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον οὔτε χρέος ἴδιον σαυτοῦ πραξόμενος οὐδὲν οὔτε προξενίας οὐδεμιᾶς ἕνεκεν, ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ παρανομίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ τῆς γνώμης ὁμοίους ἔργων τρόπους μαθησόμενος παρὰ τῶν ἐν Ἀβύδῳ γυναικῶν, ὅπως ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ βίῳ [σαυτοῦ]*

---

[1] ARISTOPH. fr. 733 Geld.-Hall, cf. O. Froehde, Beiträge zur Technik der alten Komoedie p. 138 [2] STEPH. BYZ. s. v. *Ἄβυδος* [3] HESYCH. s. v. *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα* [4] SUID. s. v. *Ἄβυδος*; ZONARAS p. 6 Tittmann. s. v. *Ἀβυδηνός*; EUST. Il. B 836 p. 357. 1 sq.; Eust. Dion. Perieg. 513; APOST. I 2; ANECD. BEKK. (*λέξεις ῥητορικαί* s. v. *Ἄβυδος*) I 215. 5; ANECD. BACHMANN. (*συναγ. λεξ. χρησ.* s. v. *Ἀβυδοκόμης*) I 5. 13 [5] LIBAN. ep. 119 Wolf [6] LIBAN. ep. 734 Wolf [7] ATHEN. 525 A; ARISTOPH. fr. 543 Geld.-Hall [8] fr. 67 Blass²; ATHEN. 525 B

ἔχοις χρῆσθαι αὐτοῖς." Qua de causa Dindorfius in Hermippi fragmento quodam[1] Alcibiadem notari putavit:

> *χαῖρ' ὦ διαπόντιον*
> *στράτευμα, τί πράττομεν;*
> *τὰ μὲν πρὸς ὄψιν μαλακῶς*
> *ἔχειν ἀπὸ σώματος,*
> *κόμῃ τε νεανικῇ*
> *σφρίγει τε βραχιόνων.*
> B. *ᾔσθου τὸν Ἄβυδον, ὡς*
> *ἀνὴρ γεγένηται;*

Scripsit Dindorfius *Ἀβυδόθ'* pro *Ἄβυδον* ad Alcibiadem verba referens. Kockius autem damnata illa coniectura chorum e transmarinis sociis compositum a nescio quo salutari contendit, chori principem vero interrogare, an senserit Abydenos effeminatos plerumque et molles tandem aliquando viros factos esse. ***Μαλακίαν*** Abydenorum commemorant praeterea Stephanus Byzantius[2] et Eustathius[3].

Quae cum ita sint, non est mirum, quod in proverbii usum abierint verba: ***Μὴ εἰκῇ τὸν Ἄβυδον πατεῖν***[4]. Dicebatur de eis, qui periculis sese committunt[5], vel *ἐπὶ τῶν εἰκαίων καὶ οὐδαμινῶν*[6]. Stephanus Byzantius l. l. ad explicandam locutionem verbis utitur: *τουτέστι μὴ καταθαρρεῖν αὐτῆς ἐπιβαίνειν. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰκαίων.*

Simillimum, si formam, plane diversum, si sensum respicimus aliud est proverbium, quod legimus apud Macarium[7]: *Εἰκῇ τὸν Ἄβυδον πατεῖς. ἐπὶ τῶν μάτην τι φυλαττόντων. παρόσον ἐκεῖ αἱ γυναῖκες πρὸς τὴν τῶν ἀνδρῶν ὁμιλίαν καταφυλαττόμεναι οὐ*

[1] MEIN. II 402 (fr. 1); KOCK I 241 (fr. 58); ATHEN. 524 F [2] STEPH. BYZ. s. v. *Ἄβυδοι* [3] EUST. Il. B 836 p. 357. 1: id. Il. Ψ 444 p. 1358. 14; id. Dion. Perieg. 513, GEOGR. GRAEC. MIN. II 315 Müller [4] STEPH. BYZ. s. v. *Ἄβυδοι;* DIOGEN. VI 53; ANECD. BACHMANN. (*συναγ. λεξ. χρησ.*) s. v. *Ἀβυδοκόμης* I 5. 13; SUID. s. v. ***Εἰκῇ***: EUST. Il. B 836 p. 357. 1; id. Dion. Perieg. 513 [5] DIOGEN. VI 3; SUID. s. v. ***Εἰκῇ*** [6] ANECD. BACHMANN. (*συναγ. λεξ. χρησ.* s. v. *Ἀβυδοκόμης*) I 5. 13: EUST. Il. B 836 p. 357. 1; id. Dion. Perieg. 513 [7] MACAR. III 50

ῥαδίως ἐξάγονται. Custodiri enim illas pro tanta earum libidine necessarium erat, quae libido ex Antiphontis loco supra allato satis constat. Sed saepe custodia vana et irrita erat.

Byzantiorum[1] mores luxuria corrupti erant. Phylarchus[2] narrat eos ebriosos fuisse et in cauponis habitasse, suas aedes cum uxoribus elocantes peregrinis. Bellicae tubae sonum ne in somno quidem exaudire sustinebant, quod similiter Eustathius narrat[3]. Sed Athenaeus, qui Phylarchi locum tradidit, etiam aliorum testimonia de rebus Byzantinis adhibet. Teste enim Damone historico[4] Leonidam ducem, cum moenia semper relinquerent milites, cauponam posuisse in pomerio neque quemquam praesidium postea reliquisse. Similiter Menander eorum vinositatem illudit versibus:

πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους
ποιεῖ τὸ Βυζάντιον. ὅλην ἐπίνομεν
τὴν νύκτα διά σε καὶ σφόδρ' ἄκρατον, μοι δοκῶ.
ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων,[5]

quem ad locum spectant Pollux[6] et Eustathius[7]; eadem affert Aelianus[8]. Theopompus historicus *ἀκολάστους* Byzantios vocat et *πίνειν εἰθισμένους ἐπὶ τῶν καπηλείων*[9]. Quod barbam tondere Byzantii vetiti erant[10], ut signum luxuriae non accipiendum est. Propter facetias et salse dicta Byzantii noti erant teste Cicerone[11].

Calchedonii, quorum urbs Byzantio opposita erat, primum oligarchia usi Byzantiorum mox rei publicae formam amplexi sunt: populus summam habebat potestatem. Sed detrimento hoc fuit civitati: luxuriae cives se dedebant, qui vitam tam modicam olim degerant, et ebriosi mollesque fiebant. Theopompus, cuius fragmentum Athenaeus tradidit[12], hanc morum mutationem memoriae prodidit[13].

[1] Pauly-Wiss. III 1148; Kiepert p. 327 [2] ATHEN. 442 C; FHG I 336 (fr. 10) [3] EUST. Il. Φ 338 p. 1242. 40 [4] FHG IV 377 [5] MEIN. IV 88 (fr. 2); KOCK III 23 (fr. 67) [6] POLL. VI 25 [7] EUST. Od. δ 450 p. 1504. 64; Dion. Perieg. 804, GEOGR. GRAEC. MIN. II 357 Müller [8] AELIAN. var. hist. III 14 [9] FHG I 287 (fr. 65); cf. Hellenica Oxyrrhynchia, Theopomp. fr. 65 Grenfell-Hunt [10] ATHEN. 565 D, cf. Pauly-Wiss. III 1148 [11] CIC. de orat. II 217 [12] FHG I 287 (fr. 65) [13] ATHEN. 526 EF

In proverbii usum abierunt verba *Βάμμα Κυζικηνόν*[1]. Aristophanes eis utitur in Pace[2] de taxiarcho quodam, qui togam suam *βάμμα Σαρδιανικόν* esse gloriatur; sed pugna incepta *βάμμα Σαρδιανικὸν* mutatur in *βάμμα Κυζικηνικόν*: fugit taxiarcha primus omnium. Scholiasta ad explicandum locum adnotat ob ignaviam et mollitiem Cyzicenos notos fuisse: *εἰς κιναιδίαν διαβάλλεται, ὥστε μηδὲ τῶν ἀναγκαίων διὰ τὴν εὐρύτητα κρατεῖν δύνασθαι*; alludit sane ad verbum *χέζειν*. *Βάμμα Κυζικηνόν* praeterea in Milleri codice Athoo[3] et apud Hesychium commemoratur, qui eos *διὰ τὸ Ἴωνας εἶναι* ob luxuriam famosos fuisse testatur[4]. Attici teste Suida obscenam libidinem vocabant *Βάμμα Κυζικηνόν*[5], quam explicationem sequuntur Zonaras[6], Etymologicum quod dicitur Magnum[7], Etymologicum Florentinum[8], Apostolius[9]. In Etymologico Magno addita sunt verba *Διογενιανός· τὸ τίλημα,* quae quid sibi velint, nesciunt et Sylburgius et Gaisfordius neglecto videlicet Aristophanis loco laudato, qui satis aperte, quid sibi velint, ostendit. Usurpavit denique proverbium Theodorus Hyrtacenus[10]. — Cyzicenorum luxuria vel ex Eupolidis versibus in scholio ad Aristophanis Pacem traditis apparet[11], in quibus nescio quis gloriatur, quod Cyzici, in urbe opulenta, ubi noctes stateribus emerentur, ipse venustate effecerit et elegantia, ut paene gratis scortaretur.

Verbum *σινωπίζειν*[12], i. e. *ἀκολασταίνειν*, ad Sinopiorum mores refertur. Sed fortasse spectat potius ad Sinopam meretricem, de qua conferantur Demosthenis[13] et Anaxilae comici[14] testimonia; mentio fit verbi *σινωπίζειν* apud Hesychium[15] et Photium[16], qui Alexidem illo verbo usum esse testatur[17], praeterea apud Suidam[18]

---

[1] Erasm. 614; Steinhausen p. 33 [2] ARISTOPH. Pac. 1176 c. schol. [3] MILLER Mél. p. 383 [4] HESYCH. s. v. *Βάμμα Κυζικηνόν* [5] SUID. s. ead. v. [6] ZONAR. p. 376 Tittmann s. v. *Βάμμα Κυζικηνόν* [7] ET. M. 187. 24 s. v. *Βάμμα Κυζικηνόν* [8] MILLER Mél. p. 61 (Et. M. Flor. s. v. *Βάμμα Κυζικηνόν*) [9] APOST. IV 73 [10] BOISSON. ANECD. II 444 [11] SCHOL. ARISTOPH. Pac. 1176: MEIN. II 510 (fr. 2); KOCK I 321 (fr. 233) [12] Erasm. 410. 660 [13] DEMOSTH. XXII (contra Androt.) 56 [14] ATHEN. 558 B; MEIN. III 347 (fr. 1); KOCK II 270 (fr. 22) [15] HESYCH. s. v. *σινωπίσαι* [16] PHOT. s. ead. v. [17] MEIN. III 427; KOCK II 333 (fr. 104) [18] SUID. s. v. *Σινώπη* et s. v. *Ἑταῖραι Κορίνθιαι*

et Apostolium[1], denique in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis[2].

In scholiis ad Theocriti idyllia Aeoles ut fraudulenti commemorantur[3] testimonio Hieroclis allato qui dicit: *μηδ' αἰόλιζε ταῦτα.* Neque tamen ex Aeolensium proprietate, ut contendit ex scholiastae verbis Schneidewinus[4], derivandum est vocabulum *αἰολίζειν*, sed e radice *αἰολ* —, quae significat testibus Hesychio[5] et *συναγωγῇ λέξεων χρησίμων*[6] *τὸ ποικίλλειν* (schlau reden oder handeln[7]; nos quoque: „ein schillernder Charakter"): veriloquium autem populare verbum *αἰολίζειν* = *ποικίλλειν* cum simili vocabulo Aeolum Aeoliisque moribus coniungebat. In scholiis ad Dionysii Thracis artem grammaticam *τὸ αὐστηρὸν τῆς διαίτης* ut Aeolensium proprietas commemoratur[8].

Iones[9] famosissimos fuisse ob omne vitiorum genus vix quisquam negabit. Ut semper ita etiam apud illos luxuriae fons erant divitiae[10], quibus usi Iones ad mollitiem pervenerunt. *Ἰάονες ἑλκεχίτωνες* iam apud Homerum commemorantur[11], similiter apud Bacchylidem *τῶν ἁβροβίων ἄναξ Ἰώνων*[12]. Comici Iones saepe perstrinxerunt; Callias vel Diocles in Cyclopibus de eis dicit

τί γὰρ ἡ τρυφερὰ καὶ καλλιτράπεζος Ἰωνία εἴφ' ὅ τι πράσσει[13]

et Antiphanes in Dodonide

πόθεν οἰκήτωρ; ἤ τις Ἰώνων
τρυφεραμπεχόνων ἁβρὸς ἡδυπαθὴς
ὄχλος ὥρμηται[14].

Ἰωνικὸς βίος in Platonis legibus occurrit[15]. Etiam Theophrastum

[1] APOST. XV 50 [2] APP. PROV. IV 72 (Vat. III 78) [3] SCHOL. THEOCR. I 56 [4] not. ad App. prov. IV 73 [5] HESYCH. s. v. *αἰολίζειν* [6] BEKK. ANECD. (*συναγ. λεξ. χρησ.* s. v. *αἰολίζειν*) I 361. 2 [7] *ποικίλλειν* = schlau reden oder handeln, cf. SOPH. Trach. 1121; PLAT. conviv. 218 C et leg. 863 E [8] SCHOL. IN DIONYS. art. gramm., BEKK. ANECD. II 662. 28 sq. et GRAMMAT. GRAECI III 117. 18–27 Hilgard [9] Erasm. 459; C. O. Müller, Dorier II 4; Otto, Arch. f. lat. Lex. III 375; id. Sprichw. p. 177; von Wyss p. 23; Rein p. 29; Wunderer p. 110; O. Crusius, Unters. z. Herond. p. 121 [10] ATHEN. 132 F; MENANDR. fr., MEIN. IV 205 (fr. 1); KOCK III 132 (fr. 462); ATHEN. 159 D [11] HOM. Il. *N* 685 [12] BACCHYL. XVII 2 Blass [13] ATHEN. 524 F; MEIN. II 736 (fr. 2); KOCK I 695 (fr. 5) [14] ATHEN. 526 D; MEIN. III 50; KOCK II 48 (fr. 91) [15] PLAT. leg. III 680 D

Ionicam commemorasse luxuriam Athenaeus narrat[1], sed locus est corruptus; quam ob rem fragmentum Wimmer in editione fragmentorum Theophrasti omisit. Dionysius Halicarnaseus Ionum mores significat verbis *ἁβρός, ἀνειμένος*[2], et apud Romanos „mollis" semper Ionia vocatur, ut apud Propertium et Martialem[3], „levis" apud Ammianum[4]; *Ἰωνικὴ ἁβρότης* a Maximo Tyrio[5] et *Ἰακὴ καὶ τεχνιτικὴ ἀσωτία* a Polybio[6] castigatur. Lexicographi denique mollitiei Ionicae mentionem faciunt ut Hesychius[7], Stephanus Byzantius[8], Suidas[9]. Quadrat optime in Iones molles, qui voluptatem et epulas imprimis amabant, quod Athenaeus narrat de iure iurando *Ναὶ μὰ τὴν κράμβην*[10]: originem habebat Ionicam. Non casu homines, qui cibis delicatis gaudent, *κράμβην* hunc in modum quasi deum implorant. Occurrunt illa verba teste Athenaeo apud Hipponactem[11], Ananium[12], Teleclidem comicum[13], Epicharmum[14], Eupolin[15].

Sed luxuria etiam obscenas gignebat libidines: *Ἰωνίας γυναῖκες συλλήβδην μοιχάδες* erant teste Aeschine Socratico[16]. Ut *χαυνόπρωκτοι* Iones ab Aristophane perstringuntur in Acharnensibus[17]; et in Ecclesiazusis puella quaedam impudica libidinoso pruritu vexatur Ionico[18]. Similiter Plautus dicit: „Qui Ionicus aut cinaedicus, qui hoc tale facere possiet?"[19] Propter *κιναιδίαν* etiam Clemens Alexandrinus Iones vituperat[20]. Themistius *κόρην Κορινθίαν* et *παῖδα Ἰωνικόν* ad mores corruptos significandos adhibet[21]. Photius Cratini fragmentum commemorat *ἰωνόκυσος*[22], quod eundem sensum habet ac *χαυνόπρωκτος* vel *κατεαγώς*. Saltationes ideo Ionicae impudicissimae erant. *Κίναιδος ὀρχηστο-*

---

[1] ATHEN. 526 D [2] PS. DION. HAL. rhet. XI 5 p. 379. 2 Usener [3] PROP. I 6. 31; MART. I 3 [4] AMM. XVI 7. 6 [5] MAX. TYR. diss. III 3 [6] POLYB. XXXII 25, cf. ATHEN. 440 B [7] HESYCH. s. v. *Βάμμα Κυζικηνόν* et *Ἰωνικόν* [8] STEPH. BYZ. s. v. *Κάτρη* [9] SUID. s. v. *Ἰωνικός* [10] ATHEN. 370 B [11] BERGK[4] II 475 (fr. 37) [12] BERGK[4] II 502 (fr. 4) [13] MEIN. II 368 (fr. 4); KOCK I 216 (fr. 27) [14] fr. 6 p. 224 Lorenz; FCG I 1. 95 Kaibel [15] MEIN. II 451 (fr. 13); KOCK I 275 (fr. 74) [16] ATHEN. 220 B; AESCHIN. SOCRAT. VII p. 45 Krauss [17] ARISTOPH. Acharn. 104. 106 [18] ARISTOPH. Eccl. 920 [19] PLAUT. Stich. 769 [20] CLEM. ALEX. paed. II 10. 3 sq., vol. I 220 Stählin [21] THEMIST. or. XX p. 238 B [22] PHOT. s. v. *Ἰωνόκυσος*, cf. MEIN. II 200 (fr. 68); KOCK I 124 (fr. 419)

διδάσκαλος ἢ Ἰωνικὰ ξυνείρων apud Lucianum occurrit[1], quocum loco conferendi Plauti versus: „probe Ionica perdidici“[2], vel „staticulum, quem olim faciebat in Ionia“[3]. Nota est puella ab Horatio vituperata, quae „motus doceri gaudet Ionicos“[4]. Tales *ὀρχήσεις Ἰωνικαὶ*[5] in conviviis plerumque fiebant a saltatricibus mercede conductis, unde etiam *παροίνιοι* vocabantur[6].

Cantus Ionicus erat mollis testibus Aristophane[7] et Platone comico[8], qua de causa Pratinas *τὰν ἀνειμένην Ἰαστὶ μοῦσαν* irridet[9]. Accuratissimam explicationem praebet grammaticus qui dicitur Ambrosianus[10]: *Περὶ ἰωνικῶν. οἱ δὲ ἰωνικοὶ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῶν Ἰώνων τῶν τρυφηλῶν, ἐπειδὴ κατὰ μίμησιν ἐκείνων μαλθακόν τε καὶ ἀναβεβλημένον καὶ χαῦνον ποιοῦσι τὸν ῥυθμόν.* Talis poeta Ionicus erat Sotades: *καλεῖται δὲ οὗτος καὶ κιναιδολόγος* teste Athenaeo[11].

Risus Ionicus ut risus Chius dicebatur *ἐπὶ τῶν κιναίδων,* quod proverbium adhibetur a Diogeniano[12], Gregorio Cyprio[13], Macario[14], Apostolio[15].

Sed mollities Ionica mores corrumpebat ita, ut proverbium de Ionibus esset: *„ἐλεύθεροι μὲν κακοί, δοῦλοι δὲ ἀγαθοί,“*, quod Plutarchus affert ut Callicratidis[16] et Agesilai dictum[17]. Habet idem adagium Apostolius[18].

De Cymae incolis et Stephanus Byzantius[19] et Philagrius Philogelote[20] similia narrant ac de Abderitis, itemque Strabo[21]. Erant homines stulti et ridiculae cuiusdam stupiditatis, ut e rebus apparet ab illis gestis: portoria trecentis demum annis post urbem conditam solverunt, cum antea urbem suam in ora

[1] LUCIAN. de merc. cond. 27 [2] PLAUT. Pseud. 1275 [3] PLAUT. Pers. 826 [4] HOR. carm. III 6. 21 [5] ATHEN. 22 B [6] ATHEN. 629 E [7] ARISTOPH. Eccl. 883; Thesm. 163 [8] ATHEN. 665 D; MEIN. II 637 (fr. 1); KOCK I 620 (fr. 69) [9] ATHEN. 624 F; Bergk[4] III 560 (fr. 5) [10] LEX. VINDOBON. p. 262. 3 Nauck (Grammat. Ambros. *περὶ ἰωνικῶν*), cf. H. Keil, Analecta grammatica. Progr. des Paedagog. Halle 1848 p. 9 [11] ATHEN. 620 E [12] DIOGEN. III 87 [13] GREG. CYPR. II 9; GREG. CYPR. LEID. I 75; GREG. CYPR. MOSQU. II 62 [14] MACAR. II 94 [15] APOST. V 38, cf. ARSEN. p. 158 [16] PLUT. apopthegm. Lacon. 222 E [17] ibid. 213 C et reg. apopthegm. 190 F [18] APOST. XII 51 [19] STEPH. BYZ. s. v. *Κύμη* [20] PHILAGR. *Φιλόγελως* p. 298 sqq. Boissonade [21] STRAB. XIII 924 C

maritima sitam esse non sensissent[1]. E fabulis a Philagrio traditis ut specimen unam afferamus: Cymae devertisse quendam ad domum, in qua aliquis mortuus esset, et interrogavisse, quisnam esset ille, qui mortem obisset, i. e. quod nomen ei esset? Cymaeos autem respondisse: „Ille qui iacet in lecto.“ Eandem sapit stultitiam proverbium *ὄνος εἰς Κυμαίους* a Suida[2] commemoratum; nota est fabula illa de asino, qui leonis pellem induxit ac terrore formidineque Cymaeos affecit, sed a peregrino denique cognitus fustibus expulsus est; Lucianus identidem illius rei mentionem facit[3].

Colophonii[4] propter divitias famosi erant. Aurum Colophonium vel ab Aristophane[5] commemoratur teste Zenobio[6], quia optimum ibi aurum fuerit; Zenobius etiam Herodoti testimonium affert, sed apud hunc nil narratur de auro Colophonio. Leutschius scripsit Herodicum. Sed, nisi locus coniectura hunc in modum sanari potest, Herodoti nomen tenendum et Zenobium falso nomen Herodoti attulisse credendum est. Colophoniae divitiae praeterea apud Aristotelem occurrunt, quas ille a Colophoniis ante bellum cum Lydis gestum paratas esse testatur[7]. Denique verba *χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος* in proverbii usum abierunt testibus Plutarcho[8] (quocum loco consentit Milleri codex Athous[9]) et Gregorio Cyprio[10]. Ioannes Tzetzes scripsit in Chiliadibus *περὶ βασάνου καὶ Κολοφωνίου χρυσοῦ*

Τῷ Κολοφῶνι τούτῳ δὲ τῷ ὄρει τῆς Ἀσίας
Χρυσὸς γεννᾶται κάλλιστος πάντων τῶν γῆς Ἑλλάδος.
Ἐξ οὗ καλεῖται κολοφὼν πᾶν τὸ τινῶν πρωτεῦον[11],

quo de veriloquio infra agemus. Commemorant aurum Colophonium Libanius[12], Iulianus[13], Macarius[14], Apostolius[15].

[1] STRAB. XIII 622 C [2] SUID. s. v. *ὄνος εἰς Κυμαίους*, cf. APOST. XII 84 et ARSEN. p. 384 [3] LUCIAN. pisc. 32, fugit. 13, pseudolog. 3 [4] Erasm. 361. 570. 584; Lehnert, De foedere Ionico disquisitiones, diss. Berol. 1830, p. 9 sqq.; Otto p. 88; Lingenberg p. 13; Grünwald p. 8; Bauck p. 42; Keim p. 27; Salzmann p. 38 sq. [5] ARISTOPH. fr. 352 Geld.-Hall [6] ZENOB. VI 47 [7] ARISTOT. pol. IV 4, p. 1290 b 15 [8] PLUT. II 15 [9] MILLER Mél. p. 375 [10] GREG. CYPR. MOSQ. V 13; LEID. III 38 [11] TZETZ. ep. p. 76 Pressel; Chil. XII 318 sqq. [12] LIBAN. or. XI, vol. I 519. 15 Foerster; ep. 121. 5. 6; 281. 4; 343. 4; 678 Wolf [13] IULIAN. or. II, p. 102. 18 Hertlein [14] MACAR. V 27 [15] APOST. XVII 37, cf. ARSEN. p. 477

E talibus divitiis, ut saepe fit, *ὕβρις* gignitur. Superbiam Colophoniam Theognis vituperat

Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα
καὶ Σμύρνην· πάντως, Κύρνε, καὶ ὔμμ' ἀπολεῖ[1];

castigatur illa etiam apud Diogenianum[2], apud Macarium[3], apud Apostolium[4]. Primum Colophoniorum mores severi erant, ut narrat Phylarchus[5] apud Athenaeum[6], post initam autem cum Lydis amicitiam ad luxuriam deflexerunt: in publicum prodibant coma aureo ornatu instructa, et in voluptates et temulentiam ita erant effusi, ut nonnulli nec orientem solem nec occidentem unquam viderent. Et legem tulerunt ut tibicinae et cantatrices et alia eius generis acroamata mercedem acciperent a mane usque ad meridiem et rursus ad vesperum: ab illo vero tempore consumebant reliquam noctem potando et se inebriando. Xenophanes de eorum vita scripsit versus:

ἁβροσύνας δὲ μαθόντες ἀνωφελέας παρὰ Λυδῶν,
ὄφρα τυραννίης ἦσαν ἄνευ στυγερῆς,
ἤιεσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες,
οὐ μείους ὥσπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν,
αὐχαλέοι, χαίτῃσιν ἀγαλλόμεν(οι) εὐπρεπέεσσιν
ἀσκητοῖσ' ὀδμὴν χρίμασι δευόμενοι[7].

Hos versus videtur Phylarchus, ut suspicatur Theodorus Bergk, descripsisse e *κτίσει Κολοφῶνος*, quo in carmine, cum poeta patriae origines et primordia diligenter illustravisset, etiam ea tempora, quae secuta sunt, strictim attigisse videtur[8]. Bergkius quoque ad Colophonios illud pertinere contendit, quod in Ciceronis de re publica libris exstat[9]: „ut quemadmodum scribit ille, cotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent;“ sequi enim videtur Cicero Theopompum historicum, quem etiam Athenaeus ut testem luxuriae Colophoniae affert[10]. Incolas urbis Colophonis luxu periisse Aelianus narrat[11].

[1] THEOGN. 1103 Sitzler; BERGK[4] II 214 (1103) [2] DIOGEN. V 79 [3] MACAR. V 24 [4] APOST. IX 94 [5] FHG I 353 (fr. 62) [6] ATHEN. 526 A [7] DIELS Vorsokrat.[3] I 57 (fr. 3); BERGK[4] II 113 (fr. 3) [8] BERGK[4] II 113 (fr. 3) [9] CIC. de rep. VI 2 [10] ATHEN. 526 A; FHG I 299 (fr. 129) [11] AELIAN. var. hist. I 19, vol. II 8. 32 Hercher

Proverbium erat apud veteres *κολοφῶνα ἐπιτιθέναι* vel ut Festi verbis utar: „Colophon dixerunt, cum aliquid finitum significaretur“ [1]. De origine proverbii alii aliud narrant. Strabo [2] enim et similiter Polyaenus [3] Colophonios tam bonos equites habuisse tradunt, ut, ubi equites Colophonii visi essent, finis belli fuisset; unde de omni fine facto dictum esse: *τὸν Κολοφῶνα ἐπιτιθέναι.* Eos suffragio suo alios superavisse scholiasta ad Aristidem dicit [4]; similia in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis legimus [5]. Ad potentiam militarem refert adagium Macarius [6]; Apostolius denique hunc in modum interpretatur [7]: si aequalia erant in foedere urbium Ionicarum suffragia, Colophonii, cum et suam et Smyrnaeorum suffragium ponerent, rem decreverunt. Accuratior est illa interpretatio, quam legimus apud Suidam [8] et in codice Parisino suppl. Graec. 2669 a Cramero in Anecdotis Parisinis edito [9]: Colophonii domesticis seditionibus saepe vexati Smyrnam venerunt et una cum Smyrnaeis Smyrnam habitaverunt. Sed cum Smyrnaei aliquando ad bellum profecti essent, Colophonii in urbe Smyrna relicti portis clausis illos non receperunt, ita ut Smyrnaei propriam urbem amitterent, quam Colophonii obtinuerunt. Qua de causa Colophonii in foedere Ionico duobus utebantur suffragiis, quae plus quam alia valebant, quorum unaquaeque civitas unum ponebat.

Sed has res nil nisi vanas fabulas esse, quis est quin videat? Re vera *κολοφὼν* erat nomen substantivum eiusdem vocabulorum familiae ac latine collis, gothice hallus, anglosax. hyll, angl. hill, vel verborum ex-cellere, *κέλομαι* et similium [10].

Sed satis habeamus explicationes proverbii de illa re tam saepe commemorata breviter afferre quae exstant apud scholiastam Platonis [11], Diogenianum [12], in Milleri codice

[1] FEST. p. 33. 24 Lindsay [2] STRAB. XIV 643 C [3] POLYAEN. strateg. VII 2. 1, p. 313. 21 Melber [4] SCHOL. ARISTID. p. 627. 10 Dindorf [5] APP. PROV. II 15 (Vat. Kram. III 29) [6] MACAR. V 23, cf. VIII 54 [7] APOST. XVI 92, cf. IX 93 et ARSEN. p. 40 [8] SUID. s. v. *τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκας* [9] CRAM. ANECD. PARIS. IV 147. 12, s. v. *Κολοφών* [10] Prellwitz, Etym. Wörterb. d. griech. Spr. p. 235 et Boisacq, Dictionnaire étymologique de la langue Grecque p. 487 sq. [11] SCHOL. PLAT. p. 451 Bekker [12] DIOGEN. VIII 36

Athoo[1], apud Hesychium[2], Gregorium Cyprium[3], in Etymologico Magno[4], in Etymologico Parisino cod. 2631[5], apud Zonaram[6]. Quae omnes interpretationes non ad Colophonios proverbium referunt, sed ad *κολοφῶνα*.

Ephesiorum luxuria ab Aristophane in Triphalete castigatur, ubi in numero urbium ob illud vitium famosarum etiam Ephesus commemoratur:

ἔπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίσημοι ξένοι,
ἐπηκολούθουν κἠντιβόλουν προσκείμενοι,
ὅπως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Χίον,
ἕτερος δ'ὅπως ἐς Κλαζομενάς, ἕτερος δ'ὅπως
*εἰς Ἔφεσον * * * **
οἱ δ'εἰς Ἄβυδον · ἦν δ'ἐκεῖνα πάνθ' ὁδῷ[7],

de quo fragmento supra (p. 101) in Abydenis prolixius egimus. Mollitiei Ephesiorum mentionem faciunt praeterea Athenaeo teste Democritus Ephesius[8] et Parrhasius in epigrammate quodam:

Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τόδ' ἔγραψεν
Παρράσιος κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου[9].

Duobus in proverbiis Prienenses[10] commemorantur. *Πριηνίων δίκη* est severissima, cum Bias Prienensis iudex iustus fuerit et severus[11], et *Πριηνίων δεκάτη* divitias insignes significat apud Libanium: *ὡς ἔμοιγε τοῦτο μεῖζον ἢ Πριηνίων δεκάτης καί μοι κειμήλιον γέγονε τὰ γράμματα*[12]. *Πριηνίων δεκάτη* praeterea in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis exstat[13].

Luxuria crimini imprimis Milesiis[14] datur. Accuratissime

[1] MILLER Mél. p. 359 [2] HESYCH. s. v. *κολοφών* [3] GREG. CYPR. LEID. III 74; GREG. CYPR. II 86; GREG. CYPR. MOSQ. III 91 [4] ET. M. 525. 36 s. ead. v. [5] CRAM. ANECD. PARIS. IV 38. 4 (Et. Par. cod. 2631 s. v. *Κολοφῶνος*) [6] ZONAR. p. 1230 Tittmann s. v. *κολοφών*, cf. APOST. IX 93 et ARSEN. p. 321 [7] ATHEN. 525 A; MEIN. II 1163 (fr. 2); KOCK I 529 (fr. 543) [8] ATHEN. 525 C [9] Hiller-Crusius, Anthol. lyr. p. 145, XLIII 1 [10] Erasm. 435; Salzmann p. 39, cf. STRAB. XIV 636 C [11] DIOGEN. LAERT. I 84, cf. PLUT. sept. sap. conv. 146 F; SUID. s. vv. *δικάζεσθαι* et *Βίαντος Πριηνέως δίκη*; HIPPON. fr. 79, Bergk[4] II 488; ANTH. PAL. XII 129 [12] LIBAN. ep. 1046. 7 Wolf [13] APP. PROV. IV 88 (Vat. IV 20) [14] Erasm. 274. 319. 468. 688; Barthélemy, Anacharsis VIII 21; Bauck p. 38; Rohdewald p. 24 sq.; Kurtz p. 315 sq.; Blümner p. 194; Steinhausen p. 33

Heraclides Ponticus apud Athenaeum eorum *ἦθος* illustrat verbis *ἐπὶ ταῖς τῶν σωμάτων εὐεξίαις βρενθυόμενοι καὶ θυμοῦ πλήρεις, δυσκατάλλακτοι, φιλόνεικοι, οὐδὲν φιλάνθρωπον οὐδ' ἱλαρὸν ἐνδιδόντες, ἀστοργίαν ⟨δὲ⟩ καὶ σκληρότητα ἐν τοῖς ἤθεσιν ἐμφανίζοντες*[1]. Neque alia praeter luxuriam vitia aliena erant ab illorum moribus, quod cum ex Heraclidis verbis allatis tum ex Demodoci epigrammate patet

⟨καὶ τόδε Δημοδόκου·⟩ Μιλήσιοι ἀξύνετοι μὲν
οὐκ εἰσί, δρῶσιν δ'οἷάπερ ἀξύνετοι[2].

Similiter Ovidius Milesia crimina commemorat[3], quae verba spectant ad carmina luxuriosa Milesiacae impudicitiae plena; conferantur Aristidis Milesii et Cornelii Sisennae Milesiaca[4]. In oraculo quodam ab Herodoto servato[5] urbi Mileto cognomen tribuitur *κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων;* nam *ὑβρισταὶ μεθυσθέντες* teste Eubulo comico Milesii erant[6]. *Τρυφὴ βίου*, quam et alii et Heraclides Ponticus vituperant apud Athenaeum[7], tanta erat, ut etiam Milesii in colonias deducti voluptatibus dediti essent patriae memores ut Abydeni illi *ἀνειμένοι τὴν δίαιταν*[8]. Milesiaca denique *στρώματα* famosa erant et ad mollitiem significandam saepe ab auctoribus adhibentur[9].

Milesiorum luxus iterum atque iterum in proverbiis castigatur. Referenda est ad illud vitium locutio *Οἴκοι τὰ Μιλήσια*, qua Clearchum historicum usum esse Athenaeus docet[10]: *ζηλώσαντάς φησι τοὺς Μιλησίους τὴν Κολοφωνίαν τρυφὴν διαδοῦναι καὶ τοῖς πλησιοχώροις, ἔπειτ' ὀνειδιζομένους λέγειν ἑαυτοῖς· „οἴκοι τὰ Μιλήσια κἀπιχώρια καὶ μὴ ἐν τῷ μέσῳ."* Aliam praebet explicationem Plutarchus in proverbiis[11]: verba de eis dici, qui tempore alieno luxum ostentarent. Aristagoram enim Milesium Spartam olim venisse ad auxilium a Lacedaemoniis petendum

[1] ATHEN. 625 B; HERACLID. PONT. fr. 84a Voss [2] DEMOD. fr. 1, Bergk[4] II 65 [3] OVID. Trist. II 413 [4] De quibus nuper Otmar Schissel von Fleschenberg, Die griechische Novelle. Halle 1913; cf. R. Helm, Das „Märchen" von Amor und Psyche. Neue Jahrbb. f. d. kl. Altert. XVII (1914) 177 sq. [5] HEROD. VI 19, cf. Hendess p. 63 no. 104 [6] ATHEN. 442 E; MEIN. III 229 (fr. 4); KOCK II 181 (fr. 50) [7] ATHEN. 523 E [8] ATHEN. 524 F [9] ARISTOPH. Ran. 544 c. schol.; THEOCR. id. XV 125 c. schol.; EUST. Dion. Perieg. 823, p. 259. 15 Bernhardy; GEOGR. GRAEC. MIN. II 362 Müller [10] ATHEN. 524 B; FHG II 306 (fr. 7) [11] PLUT. prov. I 1

contra Persas; ephorum autem quendam, cum vestem eius mollem vidisset, dixisse „οἶκοι τὰ Μιλήσια“. Ita paroemiographi et lexicographi proverbium explicant[1].

Luxuria denique non solum mores, sed etiam vim Milesiorum corrupit ita ut infirmi fierent et ex invictis victi: versus *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι* inde in proverbii consuetudinem abiit[2], quem versum popularem Aristophanes teste scholiasta illusit in Vespis:

ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις,
καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον ἄνδρες ἀλκιμώτατοι[3],

et iisdem verbis usus in Pluto

πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι[4].

Temporibus antiquissimis fortissimi fuerunt Milesii et ubicumque proeliis intererant, vicerunt. Polycrates autem Samius, cum bello facto eos societate et foedere sibi adiuncturus erat, versum illum ab oraculo responsi loco accepit. Similiter Caribus et Ambraciotis deum respondisse scholiasta ad Aristophanis l. c. narrat[5] nec non Cypriis[6]. Neque solum Aristophanes, sed etiam Aristoteles oraculi mentionem facit[7]. Posteri saepe proverbium adhibent: praeter Zenobium[8], qui versum ab Anacreonte primum dictum esse contendit[9], et Macarium[10] Porphyrio in libro, quem de philosophia ex oraculis haurienda scripsit[11], Synesius in epistulis[12], Eustathius in commentario ad Iliadem scripto[13]. Persaepe proverbium for-

[1] ZENOB. V 57; MILLER Mél. p. 369; SUID. s. v. *οἶκοι*; GREG. CYPR. III 22b; GREG. CYPR. LEID. II 82; GREG. CYPR. MOSQU. IV 59; APOST. XII 37; ARSEN. p. 378 [2] cf. Crusius, Unters. z. Herond. p. 121 [3] ARISTOPH. Vesp. 1060 sqq. c. schol. [4] ARISTOPH. Plut. 1002 et 1075 c. schol. [5] SCHOL. ARISTOPH. Plut. 1002 [6] SCHOL. ARISTOPH. Plut. 1075 [6] ARISTOT. fr. 516, p. 1562b 5 Rose; ATHEN. 523 E [8] ZENOB. V 80, cf. MILLER Mél. p. 354 [9] fr. 85, BERGK[4] III 278 [10] MACAR. VII 3, cf. APOST. XIII 85 et ARSEN. p. 403, vide L. Cohn, Zu den Paroemiographen p. 27 no. 21 [11] PORPHYR. de philos. ex orac. haur. p. 74 sq. Wolff [12] SYNES. ep. 80, patrol. graec. vol. 66 p. 1453 Migne; Hercher Epistologr. Gr. p. 690 no. 81 [13] EUST. Il. Ψ 444 p. 1358. 12

mam habuit *Ἠσάν ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι* pro *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι*[1].

Feminae Milesiae ad explendas libidines *ὀλίσβοις* utebantur i. e. pudendis virilibus e corio factis. Mentio fit illius vitii Milesiaci cum apud Aristophanem versibus

ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ.
ἐξ οὗ γὰρ ἡμᾶς προὔδοσαν Μιλήσιοι,
οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον,
ὃς ἦν ἂν ἡμῖν σκυτίνη 'πικουρία[2].

tum apud Herondam in mimiambo[3], quem ad locum O. Crusius prolixius disseruit de instrumento illo obsceno, quod qualis fuerit quantamque voluptatem praebuerit, a mulieribus impudicis in Herondae *Φιλιαζούσαις* ostenditur. *Ὄλισβοι* etiam in vasorum Graecorum imaginibus exstant, quorum exempla Crusius collegit Sed quam affert figuram in Euphronii phiala depictam *ὀλίσβου* usum ostendere equidem nego. Est enim ibi femina cruribus obscene distentis, quae instrumento quodam tangit pudenda. In imaginis margine instrumentum illud rursus apparere videtur: talis *ὀλίσβου* forma esse non potest. Habet instrumentum illud in margine scissuras et omnino non leve est neque in membri virilis formam confectum; triangularis forma eius potius videtur esse ita ut *ὄλισβον* vix significet. Simillimam ostendit scenam statua quaedam Cabillonensis[4], cuius descriptionem accuratissimam mihi dedit v. cl. Iulius Roy-Cherrier. Hac in statua instrumentum illud sine ullo dubio triangulare est neque ullo modo *ὄλισβος* ibi statuendus. Qua de causa cultrum potius intellegam tonsorium,

---

[1] DIOGEN. V 3; PHILOSTR. vit. soph. p. 225, vol. II 38. 22 Kayser: HESYCH. s. v. *ἠσάν ποτ', ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι;* PHOT. s. ead. v.: SUID. s. ead. v.: GREG. CYPR. II 62; GREG. CYPR. MOSQ. III 63: MACAR. IV 58; APOST. VIII 69; ARSEN. p. 279; epist. anonymi cuiusdam, CRAM. ANECD. OXON. III 164 [2] ARISTOPH. Lys. 107 sqq. c. schol.; cf. HESYCH. s. v. *σκυτίνη ἐπικουρία;* ATHEN. 551 C; STRATT. fr., MEIN. II 785 (fr. 4): KOCK I 727 (fr. 54): SUID. s. v. *Ὄλισβος*: SUID. s. v. *Μισήτη* et CRATIN. fr., MEIN. II 202 (fr. 78); KOCK I 105 (fr. 316): ET. M. 588. 54 s. v. *Μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισιν χρήσονται*: MACAR. VI 83 [3] HEROND. mim. VI 19, cf. Crusius, Unters. z. Herond. p. 128 sqq. [4] S. Reinach, Répert. de la statuaire IV 229. 5 (Chalon-s.-Saône)

quo ad partes femineas radendas mulieres impudicas usas esse scimus.

Ad morum severitatem, quam olim Milesii servaverunt, Theophrasti fragmentum spectat[1]: feminae vinum potare vetitae erant

A Cariae oppido Cauno[2] *καυνιάζειν* dictum sortiri, quod verbum simplex in litteris iam non exstat, sed solum compositum *διακαυνιάζειν*, ut apud Aristophanem

ἢ διακαυνιάσαι πότεροι κλαυσόμεθα μεῖζον[3],

quem ad locum scholiasta adnotat: *ὡς τῶν Καυνίων μάλιστα χρωμένων, ὡς καὶ σιφνιάζειν καὶ λεσβιάζειν.* Commemorant verbum Hesychius[4], Zonaras[5], Etymologicum Magnum[6], ubi Cratini versus

Ἀπὸ ποτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις[7]

adiectis verbis *καὶ ἐγὼ ὡς Καυνίων μάλιστα χρωμένων* adhibetur. In verbis *καὶ ἐγὼ* Blaydesius[8] latere suspicatur ultimum trimetri pedem ita ut integer versus hunc in modum scribendus sit:

ἀπὸ ποτέρου (*προτέρου* Mein.) *τὸν καῦνον ἀριθμήσεις κάδου·* vel *ἀριθμήσεις· B. ἐγώ.*

Coniectura parum certa, sed probabilior est quam sententia Sylburgii qui verba *καὶ ἐγὼ* propriam lexicographi sententiam non sine aliqua superbia („equidem hoc puto . . ." vel: „ego quoque hoc puto . . . .") reddere censuit.

Caunus oppidum etiam valetudine habitantium infamis erat[9]. Terra quidem erat fertilis, sed aestas et autumnus iniquissimi. Qua de causa Stratonicus citharista, cum Cauniorum lividum oris colorem vidisset, illud Homeri recitavisse dicitur

οἵηπερ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν[10].

A quibusdam autem vituperatus, quod urbem appellavisset insanam, „Quomodo", inquit, „audere possum urbem insanam vocare,

[1] THEOPHR. fr. 117 Wimmer; ATHEN. 429 A [2] Barthélemy, Anacharsis VIII 35 sq. [3] ARISTOPH. Pac. 1081 [4] HESYCH s. v. *διακαυνιάσαι* [5] ZONAR. I 542 Tittmann, s. v. *διακαυνιάσαι* [6] ET. M. s. v. *διακαυνιάσαι* p. 267. 18, cf. ET. FLORENT. in MILLERI Mél. p. 86 s. ead. v. [7] MEIN. II 130 (fr. 20); KOCK I 72 (fr. 194) [8] Blaydes ad Aristoph. Pac. 1081 [9] POMPON. MELA I 83 Frick [10] HOM. Il. Z 146

ubi etiam mortui ambulant?"[1] Lienosos Caunios fuisse Plinius testatur[2].

Aspendus vetus oppidum et nobile in Pamphylia fuit[3], cuius incolae ut citharistae noti erant eximiae cuiusdam peritiae[4]. Cicero eos commemorat in actione in C. Verrem secunda[5]: „Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo saepe audistis id, quod est Graecis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit et in intimis suis aedibus posuit, ut etiam illum ipsum suo artificio superasse videatur." Locutio „intus canere" apud Ciceronem etiam in oratione de lege agraria habita occurrit[6]. Quid significet illa et omnino proverbium Aspendius citharista, optime apparet ex Pseudasconii scholiis[7]: „Cum canunt citharistae, utriusque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur, et hoc est foris canere; sinistrae digiti chordas carpunt, et hoc est intus canere. Difficile est autem, quod Aspendius citharista faciebat: ut non uteretur cantu utraque manu, sed omnia id est universam cantionem intus et sinistra tantum manu complecteretur. Unde omnes, quotquot fures erant, a Graecis Aspendii citharistae in proverbio dicebantur, quod ut ⟨ille⟩ carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Valet hoc proverbium et in eos, qui multum intestinis suis commodis consulunt praeter honestatem." Similem interpretationem praebet Gronovianus in Ciceronis orationes scholiasta[8]. Apud Graecos adagii mentio fit in proverbiis Plutarchi[9] et Zenobii[10], ubi locutio hunc in modum explicatur: *Ζήνων ὁ Μύνδιος ἐπὶ τῶν φιλοχρημάτων φησὶ τετάχθαι τὴν παροιμίαν λέγων· „καθάπερ οἱ Ἀσπένδιοι τῶν κιθαριστῶν οὐδεμίαν φορὰν ἔξω φέρουσι, πάσας δὲ ἐν τῷ ὀργάνῳ, οὕτως καὶ ὁ φιλοχρήματος οὐδὲν τῶν πέλας ἕνεκα οἰκονομεῖ, ἕλκει δὲ ἐφ᾽ ἑαυτὸν πάντα".* Ambrosius denique in commentario in psalmos scripto[11] loquitur de Aspendiorum citharistarum peritia. Conferantur figurae, quibus Carolus

[1] STRAB. XIV 651 C [2] PLIN. nat. hist. XI 130 [3] CIC. Verr. II 1. 20 [4] Erasm. p. 602; Pauly-Wiss. II 1724; Otto Sprichw. p. 43; id. Arch. f. lat. Lex. III 371 [5] CIC. Verr. II 1. 20 [6] CIC. de leg. agr. II 26. 68 [7] Cic. oration. scholiast. ed. Stangl, vol. II p. 237. 4 [8] ibid. vol. II p. 346. 11 [9] PLUT. prov. II 20, cf. MILLER Mél. p. 375 [10] ZENOB. II 30 [11] AMBROS. in psalm. I 2, patrol. lat. vol. XIV 926 Migne

de Ian in monumentis antiquitatis classicae a Baumeistero editis[1] citharodiam illustravit; facile inde cognoscitur, quomodo Aspendii citharistae artem suam factitaverint.

Phaselitarum sacrificium[2] et omnino Phaselitae *δι' εὐτέλειαν* noti erant[3]. Colonis enim Rhodiis incolam regionis illius vendidisse terram pro salsamentis, unde salsamenta Phaselitae postea deis sacrificavissent[4]. Macarius narrat eos consilium cepisse *τὸν βουλόμενον Φασηλίτην μνᾶν δόντα πολιτεύεσθαι*[5]. Phaselitas cum Caribus latronibus fecisse e Ciceronis in C. Verrem oratione quarta patet[6]; similiter Clearchus apud Athenaeum eos *μοχθηροτάτους* vocat — *ἐν Παμφυλίᾳ* saltem, quod *παρὰ προσδοκίαν* adicit[7].

De soloecismo[8] quid sit longum est disserere, cum nimis nota sit Solensium dialectus corrupta et grammatici veteres de ea copiosissime scripserint. Primus Protagoras verbo *σολοικισμός* usus esse videtur teste Aristotele[9].

Neque solum vitia grammatica et rhetorica et logica ut soloecismi vituperantur, sed etiam morum *σολοικισμός* vel vestitus hominibus rudibus et incultis crimini datur[10]. Praecipue autem ad dialectum corruptam verbum *σολοικίζειν* spectat testibus Diogene Laertio[11], Hesychio[12], Cyrillo[13]. Exstabat vero differentia quae-

---

[1] Baumeisters Denkmäler III 1542 [2] Erasm. p. 86; O. Crusius, Unters. z. Herondas p. 39 [3] cf. DEMOSTH. XXXV (in Lacrit.) 1 sq. [4] PLUT. prov. I 72; ZENOB. VI 36; PHOT. s. v. *Φασηλιτῶν θῦμα*; SUID. s. v. *Φάσηλις*; cf. CALLIMACH. fr. 100b 1, vol. II 288 Schneider; APOST. XVII 79; ARSEN. p. 462 [5] MACAR. VIII 26 [6] CIC. Verr. IV 22 [7] ATHEN. 350 A [8] C. O. Müller, Dorier I 17; C. G. Goettling, De soloecismo logico, rhetorico, grammatico eiusque veriloquio. Opusc. academ. ed. Kuno Fischer (Lips. 1870) p. 281; G. Schepss, De soloecismo. Diss. Strassburg 1875; R. Volkmann, Rhetorik² p. 396 not. 1; praeterea Prellwitz, Etymol. Wörterb. d. griech. Spr. p. 423; vide tres comment. de soloecismo scriptas in Lex. Vindobon. ed. A. Nauck p. 283, cf. BOISSON. ANECD. III 229–237 et Mus. philol. Cantabrig. II 108–111; p. 290, cf. BOISSON. ANECD. III 238–240 et Mus. philol. Cantabrig. II 111–114; p. 294, cf. BOISSON. ANECD. III 241–261 [9] ARISTOT. soph. el. 14 p. 173 b 17 et DIELS Vorsokr.³ II 227 [10] LUCIAN. Nigr. 31; salt. 80, cf. ET. GUD. p. 507. 26 Sturz, s. v. *σολοικισμός* [11] DIOG. LAERT. I 2. 4 [12] HESYCH. s. v. *σολοικίζει. σολοικισμός. σόλοικον* [13] CYRILL. lex. in CRAM. ANECD. PAR. IV 190. 28, s. v. *σολοικισμός*

dam inter verba *βαρβαρίζειν* et *σολοικίζειν*: *βαρβαρίζειν* erat *τὸ περὶ μίαν λέξιν ἁμαρτάνειν*, *σολοικίζειν* autem *τὸ περὶ τὴν σύνταξιν καὶ τὴν φράσιν ἁμαρτάνειν*[1]. Praeterea commemoratur Solensium vitium a Photio[2], Suida[3], Eustathio[4], ut lexicographos solos adhibeam; nec non apud ceteros scriptores *οἱ σολοικίζοντες* persaepe perstringuntur[5].

---

[1] ET. M. 721. 48 (s. v. *Σόλοικοι*), cf. ibid. 774. 42 (s. v. *ὑγιής*) et ET. GUD. p. 507. 26 Sturz s. v. *σολοικισμός* [2] PHOT. s. v. *Σόλοι* [3] SUID. s. ead. v. [4] EUST. Dion. Perieg. 875, GEOGR. GRAEC. MIN. II 371 Müller, cf. SCHOL. IN DION. THRAC. art. gr. p. 170. 23 Hilgard [5] cf. locos in Stephani thesauro s. v. *σολοικίζειν* collectos.

DE GRAECORUM COLONIIS LIBYCIS · SICILIENSIBUS · ITALICIS · GALLICIS

Accedamus denique ad colonias Graecas, quae in Africa et Sicilia, Italia et Gallia constitutae patriae tamen mores fideliter servaverunt.

Procacitate Cyrenaei famosi erant[1], quam Alexis comicus teste Athenaeo[2] castigat in Tyndareo[3]. Cyrenae enim, si quis unum ad cenam vocat, duodeviginti adsunt neque ipsi solum, sed etiam currus eorum et equi. Adhibet Athenaeus locum libro duodecimo in suum usum, cum modeste Timocratis inexplebilem in legendo aviditatem perstringat, qui perlectis iam undecim dipnosophistarum libris nondum satur efflagitat ut adiciatur liber qui sit de luxuriosis; *„ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς“* ei respondit Athenaeus, et quae sequuntur apud Alexidem. Praeterea verba apud Eustathium occurrunt[4]. — Albi Cyrenaei a Stratonico Rhodii propter luxuriam appellabantur et *πόλις μνηστήρων* teste Athenaeo[5]; Rhodii enim quam luxuriose vixerint, inter omnes constat. Medicos denique Cyrenaicos notos fuisse Herodotus narrat[6].

Graeci, qui Siciliam habitabant, similibus utebantur moribus ac Graeci Ionici[7]. Qua de causa verbum *σικελίζειν* testibus Hesychio[8], Photio[9], Suida[10] (ubi falso legitur *αὐστηρεύεσθαι*) plane significat *τὸ ἀτηρεύεσθαι* vel *τὸ πονηρεύεσθαι* apud Epicharmum[11]. Alii vero verbum *σικελίζειν* ad artem saltandi spectare contendunt ut Athenaeus[12]. Aristophanes denique vocem *κατασικελίζειν* ad furta refert[13]; fures enim erant Sicilienses, quod e proverbio patet *ὁ Σικελὸς ὡς ἔοικε τὴν ἐξωμίδα* a Macario memoriae tradito[14].

[1] Erasm. 203 [2] ATHEN. 510 A [3] MEIN. III 492; KOCK II 384 (fr. 239) [4] EUST. Il. Σ 376 p. 1148. 32 [5] ATHEN. 351 C; 352 B [6] HEROD. III 131 [7] Erasm. p. 240. 446. 459. 748; Novarinus p. 244; C. O. Müller, Dorier II 153 not. 1; ibid. p. 275 not. 3; ibid. p. 325 sq.; Kiepert p. 462; Kurtz p. 318. 320; Otto Sprichw. p. 321; von Wyss p. 22; Wunderer p. 113; Rein p. 31; Salzmann p. 40 [8] HESYCH. s. v. *σικελίζειν* [9] PHOT. s. ead. v. [10] SUID. s. ead. v. [11] CGF I 1. 128 Kaibel; fr. 97 Lorenz [12] ATHEN. 22 C, e quo EUST. Od. ϑ 383 p. 1602. 27 [13] ARISTOPH. Vesp. 911 [14] MACAR. VI 52

Luxuria Sicula persaepe castigatur. *Τὸν Σικελικὸν βίον* iam Plato vituperat[1], et *ὁ Σικελικὸς* nomen erat comoediae Philemonis[2], in qua vitia Sicula fortasse irridebantur. Neque solum Graeci, sed etiam Romani Sicilienses perstringebant ut Plautus: „infit lenoni suadere ut secum simul eat in Siciliam; ibi esse homines voluptarios dicit . . .“[3] Voluptates autem Siculae in rebus culinariis imprimis positae erant: cibi Siculi[4] et Siculi coqui[5] ut Mithaecus[6] notissimi erant. Sed verba *τὸν Σικελὸν τρόπον* apud Aelianum non ad luxuriam, sed ad luctandi artem spectant[7]. — Facetiae Siculae acerbae quidem[8], sed salsae erant testibus Cicerone[9] („nunquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant“[10]) et Quintiliano („Siculi quidem, ut sunt lascivi et dicaces“[11]).

Quae cum ita sint, alienum videtur prolixius explicare, quid proverbium *Σικελικὴ τράπεζα*[12] significaverit, quod e luxuriosa in aula tyrannorum Syracusanorum vita natum est. Satis habeo brevissime scriptores commemorasse, qui eo utuntur; exstat apud Platonem[13] et in Ps. Antisthenis epistula quadam[14], apud Ciceronem[15], Horatium[16], Lucianum[17], apud Maximum Tyrium[18] et Athenaeum[19], apud Diogenem Laertium[20] et Aristidem[21] et

[1] PLAT. ep. VII 336 D, cf. 427 D et ANACR. fr. 53, Bergk[4] III 270 [2] ATHEN. 658 A; MEIN. IV 24 sq.; KOCK II 498 sq. [3] PLAUT. Rud. 54 [4] ATHEN. 655 F, ubi EPICRAT. fr., MEIN. III 369, KOCK II 284 (fr. 6); ATHEN. 661 F, ubi ANTIPHAN. fr., MEIN. III 49 (fr. 2), KOCK II 48 (fr. 90); ATHEN. 286 E, ubi EPHIPP. fr., MEIN. III 338 (fr. 1), KOCK II 262 (fr. 22); ATHEN. 396 A, ubi EUBUL. fr., MEIN. III 228 (fr. 2), KOCK II 180 (fr. 47); PLUT. Nic. 1, ubi DIPHIL. fr., MEIN. IV 426 (fr. 38), KOCK II 576 (fr. 119) [5] ATHEN. 661 E, ubi CRATIN. fr., MEIN. III 374 (fr. 1), KOCK II 289 (fr. 1) [6] PLAT. Gorg. 518 B, cf. ATHEN. 112 D; ARISTID. or. XLVI 317, vol. II 257 Dindorf [7] AELIAN. var. hist. XI 1 [8] PLAUT. Pers. 394, cf. supra (p. 11) s. v. Athenienses: facetiae Atticae [9] CIC. de orat. II 217 [10] CIC. Verr. II 4. 95 [11] QUINT. VI 3. 41 [12] DIOGEN. I 2; VIII 7; SUID. s. v. *Σικελικὴ τράπεζα*; GREG. CYPR. III 68; APOST. I 4; XV 48; cf. DIOGEN. VI 37 [13] PLAT. rep. III 404 D [14] SOCR. ep. VIII, epistol. Gr. p. 616 Hercher [15] CIC. Tusc. V 100 [16] HOR. carm. III 1. 18 [17] LUCIAN. dial. mort. IX 2 [18] MAX. TYR. diss. XXI 5, p. 261. 6 et 261. 11; XXXII 3, p. 370. 3 Hobein [19] ATHEN. 25 E [20] DIOG. LAERT. VI 2. 4 [21] ARISTID. or. XLVI 208, vol. II 168 Dindorf

Themistium[1]. Praeterea mentionem faciunt mensarum Sicelicarum imperator Iulianus[2], Basilius[3], Libanius[4] nec non Macrobius[5] et Eustathius[6].

Proverbium *ὁ Σικελὸς τὴν θάλασσαν*[7] similem habebat sensum ac locutio *ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν*, de qua supra p. 80; Siculus mercator ut aiunt ficos vehens naufragium fecit. Deinde sedens in scopulo et mare tranquillum cernens dixit: „Scio quid velis; ficos vis!“ Alcman proverbio illo usus est[8].

Adagium *ὁ Σικελὸς ὀμφακίζεται* a Crusio ad mimum quendam relatum est[9]. Dicebatur *ἐπὶ τῶν τὰ μηδενὸς ἄξια κλεπτόντων*[10] apud Epicharmum[11] teste Zenobio[12]. — Verba *Σικελὸς στρατιώτης*[13] ad milites mercenarios Siculos spectant, quibus tyranni Syracusani ad bella gerenda uti solebant. In mantissa Corporis Gottingensis proverbium explicatur verbis: *ἐπὶ τῶν ἀπωθεῖσθαι προσποιουμένων, ἃ μηδεὶς αὐτοῖς δίδωσι*[14]. Mercedem igitur non accipiebant, qua negata seditionem fecisse Mamertinos mercenarios notum est.

Syracusani[15] erant homines vere Siculi[16] et mores eorum Siculam mollitiem omnino ostendebant. Quod vel ex eis, quae de Syracusarum *κτίσει* relata sunt, plane liquet[17]. (cf. infra p. 126 s. v. Crotoniatae.)

[1] THEMIST. or. XX p. 238 B [2] IULIAN. or. VI 203 A p. 262. 24 Hertlein [3] BASIL. ep. 4, patrol. Graec. XXXII 257 Migne [4] LIBAN. or. XI, vol. I 520. 8 Foerster [5] MACROB. VII 5. 24 [6] EUST. Il. Ω 476 p. 1360. 13 [7] SCHOL. ARISTID. vol. III 490. 14 Dindorf; ZENOB. V 51, cf. MILLER Mél. p. 360; DIOGEN. VII 6; PHOT. bibl. p. 424 b 38 Bekker; SUID. s. v. *ὁ Σικελὸς τὴν θάλασσαν*; ARSEN. p. 388 [8] ALCMAN fr. 115, Bergk[4] III 69 [9] O. Crusius, Epicharm und die Paroemiographen. Philol. Suppl. Bd. VI 290 [10] PLUT. prov. I 95, cf. MILLER Mél. p. 374; ZENOB. V 84, cf. L. Cohn, Zu den Poroemiographen p. 54: DIOGEN. VIII 15; PHOT. s. v. *ὁ Σικελὸς ὀμφακίζεται*: SUID. s. ead. v. et s. v. *ὄμφαξ*: MACAR. VII 64; APOST. XV 45: ARSEN. p. 428 [11] FCG I 1. 132 Kaibel; fr. 66 Lorenz [12] ZENOB. V 84 [13] ZENOB. V 89; DIOGEN. VIII 6; HESYCH. s. v. *Σικελὸς στρατιώτης*; MACAR. VII 65; APOST. XV 47; MANT. PROV. II 80 [14] MANT. PROV. II 80 [15] Erasm. 461: C. O. Müller, Dorier II 275. 404; Keim p. 13; Salzmann p. 39 [16] PLAUT. Men. 1069 [17] STRAB. VI 269 C; Excerpt. Strabon. VI, vol. III 489 Kramer; STEPH. BYZ. s. v. *Συράκουσαι*; SUID. s. v. *Ἀρχίας* et s. v. *Μύσκελλος*

E divitiis Syracusanis[1] natum est proverbium *ἡ Συρακουσίων δεκάτη*, quo utitur Strabo[2] et Libanius in epistulis[3]. Praeterea legimus adagium apud Stephanum Byzantium[4], in scholiis ad Aristophanis Equites[5], apud Eustathium[6] et Macarium[7], denique in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis[8]. Similis est locutio *Πριηνίων δεκάτη*, de qua supra p. 111 egimus.

Sicut *Σικελικὴ τράπεζα* ita et *Συρακουσία τράπεζα* famosa erat[9], quod proverbium auctores saepe usurpaverunt, ut Aristophanes[10], Plato[11], Archestratus apud Athenaeum[12], Lucianus[13], Themistius[14].

Proverbium *Τί οὐ γενήσῃ ἰὼν εἰς Ἀρβέλας;* de eo dici solitum est, „qui peregre proficiscens ingentia sibi pollicetur, fretus gentis, ad quam demigrat, inscitia barbarieque[15]." Nam Arbelitae erant stupidi et facile decipi poterant (teste Plutarcho[16] et Zenobio Milleri Athoo[17]), apud quos etiam qui alibi contemnebantur, magni aestimabantur. Stephanus Byzantius proverbium ignorare videtur[18] et nil nisi nomen urbis exhibet, quod in octavo libro rerum Sicularum a Philisto scriptarum occurrere testatur. Saepius Suidas Arbelitarum et vitii eorum mentionem facit[19], item Apostolius[20]. — Frustra viri docti laborarunt in numeris trimetri restituendis hoc in proverbio[21].

Leontini[22] ut omnes Graeci Siciliam habitantes vita utebantur molli et delicata, quam ob rem eos semper circa pocula, *ἀεὶ πρὸς τοὺς κρατῆρας* fuisse proverbium dicebat a Diogeniano[23], Macario[24],

---

[1] LIV. XXV 31. 11 [2] STRAB. VI 269 C [3] LIBAN. ep. 721 [4] STEPH. BYZ. s. v. *Συράκουσαι* [5] SCHOL. ARISTOPH. Equ. 1091 [6] EUST. Dion. Perieg. 369 Geogr. Gr. min. II 283 Müller [7] MACAR. IV 59 [8] APP. PROV. III 14 et IV 88 (Bodl. 483 et Vat. IV 20, Bodl. 911) [9] ZENOB. V 94, cf. DIOGEN. VI 37; HESYCH. s. v. *Συρακουσία τράπεζα*; PHOT. s. ead. v.; SUID. s. ead. v.; MACAR. VII 92; APOST. XV 70; ARSEN. p. 431 [10] ARISTOPH. fr. 216 Geld.-Hall. cf. ATHEN. 527 C [11] PLAT. ep. VII 326 B, cf. 336 D et rep. 404 D [12] ARCHESTR. fr. 53. 10 Ribbeck; ATHEN. 311 BC [13] LUCIAN. Demosth. encom. 18 p. 49. 23 Albers [14] THEMIST. or. XXIV 301 A [15] Erasm. p. 732 [16] PLUT. prov. II 30 [17] MILLER Mél. p. 375 [18] STEPH. BYZ. s. v. *Ἀρβέλη* [19] SUID. s. v. *Ἀρβέλαι* et *Τίς οὐ γενήσῃ* et *Τί οὐ γενήσῃ* [20] APOST. XIII 53, XVI 75, cf. ARSEN. p. 397. 448 [21] cf. Bernhardy ad Suidae l. c. [22] Erasm. 458 [23] DIOGEN. II 50 [24] MACAR. I 33

Apostolio[1] traditum. Phalaris huius proverbii memor Leontinos victos in Aetnae *κρατῆρας* iecisse dicitur.

In Italiam transgredimur. Rhegini[2] ut homines ignavi a veteribus contemnebantur. Dicebatur de eis *Ῥηγίνων δειλότερος*, quae ignavia etiam a Xenarcho Sophronis filio[3] perstringebatur testibus Zenobio aliisque[4]. Rheginorum timiditatem praeterea Duris commemorat[5] primumque Nymphodorum vitium illud castigavisse contendit. Huc referendus videtur Libanii locus *καὶ γέγονεν ἡμῖν Ῥηγῖνος ὁ Διομήδης*[6], i. e.: timidus factus est Diomedes. Sed haec ignaviae criminatio non e Rheginorum moribus, sed ex eorum nummis repetenda est[7]: leporis currentis imago Anaxilai nummis olim impressa erat[8]; et cum animal illud imprimis ignavum sit, quod patet vel e proverbio *Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν*, ubi Rheginorum quoque mentio fit[9], comicus occasionem non praetermisit et sine eorum culpa Rheginos ignaviae fama affecit, iussu Dionysii tyranni teste Zenobio[10]. Re vera ad Rheginorum fortitudinem leporis imago spectat: celebrabat enim illa imago victoriam Anaxilai secundi e Samiis latam, ubi Samii leporum instar fuga salutem petiverant[11].

Tarentinorum[12] urbs propter situs naturaeque pulchritudinem clara erat. Titinius comicus[13], Horatius[14] nec non Iuvenalis[15] et Apollinaris Sidonius[16] Tarentum cum laudant tum vituperant:

---

[1] APOST. I 43, cf. ARSEN. p. 22 [2] Erasm. p. 692; Kiepert p. 461; Nissen, Ital. Landeskunde II 2. 965; Hulleman, Duridis Samii quae supersunt p. 132 sq.; Salzmann p. 40; P. Larizza, Rhegium, imprimis p. 101 sq. et tab. I et II, ubi vide numorum figuras; Pauly-Wiss., 2. Reihe 1. Halbbd. p. 478 s. v. Regium [3] CGF I 1. 182 Kaibel [4] ZENOB. V 83, cf. DIOGEN. VII 97b; HESYCH. s. v. *Ῥηγῖνος*; PHOT. s. v. *Ῥηγίνου δειλότερος*; SUID. s. v. *Ῥηγίνους*; GREG. CYPR. III 62; APOST. XV 24 [5] ATHEN. 19 F; FHG II 480 (fr. 44) [6] LIBAN. ep. 88 Wolf [7] Bergk, Hist. litt. Graec. IV 42 et not. 82 [8] Eckhel, Doctrin. numor. vet. I 177; Head, Hist. numor. p. 93 [9] ZENOB. IV 85; HESYCH. s. v. *λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν*; PHOT. s. iisd. v.; SUID. s. iisd. v.; APOST. X 41; ARSEN. p. 331 [10] ZENOB. V 83 [11] Larizza p. 101 [12] Rudolph Lorentz, Disquisitionis de veterum Tarentinorum rebus gestis specimen II. Progr. Luccaviae 1841; C. O. Müller, Dorier I 275. 408; ibid. II 267. 275; Otto Sprichw. p. 340 no. 1743; Kurtz p. 319; von Wyss p. 27 [13] TITIN. fr. inc. 18a, Ribbeck[3] II 187 [14] HOR. sat. II 4. 34; ep. I 7. 45 [15] IUVEN. VI 297 [16] APOLL. SIDON. carm. V 430, p. 268 Mohr, cf. MELA II 68

nam luxuria hac in urbe maxime vigebat. Plato se Dionysiorum tempore totam urbem ebriam vidisse narrat[1], cuius incolae Theopompo[2] apud Athenaeum[3] teste semper *περὶ συνουσίας καὶ πότους* erant. Tanta erat eorum luxuria, ut etiam vicinos hoc vitio afficerent: seditione apud Carbinatas facta Tarentini eorum pueros et mulieres et virgines maturas coegerunt et nuda earum corpora praetereuntium oculis totum per diem praebuerunt, quod Clearchus in quarto Vitarum libro memoriae tradidit[4]. Mollities Tarentina etiam e vestitu apparet: *ταραντινίδιον* erat *ἱμάτιον λεπτὸν καὶ διαφανές*, quo non solum feminae luxuriosae, sed etiam delicati viri uti solebant[5], ita ut apud Suidam haec vestis *κατάπτυστος* vocetur[6], vel potius apud auctorem, cuius testimonio Suidas utitur: fortasse Aelianum[7]. Neque tamen „imbelle Tarentum“[8] semper erat imbelle et molle[9]; Tarentini equites egregia fama insignes erant[10] eorumque pugnandi artes tam notae ut verbum *ταραντινίζειν* abiret testibus Stephano Byzantio[11] et Eustathio[12] in rei militaris terminum technicum; eadem de causa *ταραντιναρχία* manipulus equitum vocabatur[13].

Urbis Crotonis[14] incolae ob sanitatem noti erant. Erat enim proverbium *Κρότωνος ὑγιέστερος*, quod apud Macarium[15], in mantissa proverbiorum Corporis Gottingensis[16], apud Hesychium[17],

[1] PLAT. leg. 637 B, cf. ATHEN. 156 A [2] FHG I 322 (fr. 260) [3] ATHEN. 166 F [4] ATHEN. 522 E; FHG II 306 (fr. 9) [5] LUCIAN. de calumn. non tem. cred. 16; dial. mer. VII 2; POLYAEN. V 33 p. 237. 17 Melber; ET. M. 746. 14, s. v. *Ταραντεινόν*; PHOT. s. v. *Ταραντῖνον*; SUID. s. v. *κατάπτυστον* et *Ταραντινίδιον*; ZONAR. p. 1712 s. v. *Ταραντιναὶ βαφαί* [6] SUID. s. v. *κατάπτυστον* et *Ταραντινίδιον* [7] cf. E. Bruhn, Suidea. Mus. Rhen. XLV (1890) 273 sqq. et de Boor, Zu den Fragmenten des Aelian, ibid. p. 477 sqq. [8] HOR. ep. I 7. 45 [9] STRAB. V 250 C [10] POLYB. IV 77. 7, XI 12. 6, XI 12. 7, XVI 18. 7; DIOD. SIC. XIX 82; LIV. XXXV 28 sq.; PLUT. Cleom. 6; Philopoem. 10; POLYAEN. III 7. 1 p. 117. 2 Melber [11] STEPH. BYZ. s. v. *Τάρας* [12] EUST. Dion. Perieg. 376, GEOGR. GRAEC. MIN. II 285 Müller [13] ARRIAN. tact. XVIII 3, cf. IV 6 et SUID. s. v. *Ταραντῖνοι* [14] Erasm. p. 184. 186. 624; C. O. Müller, Dorier II 298. 307. 408; Krische, De Pythag. societ. p. 13 sq.; Pape, Lex. d. griech. Eigennamen s. v. *Φάϋλλος*; Bursian II 330; Kiepert p. 460; Otto Sprichw. p. 341 no. 1475; Nissen, Ital. Landeskunde II 2. 941; Blümner p. 197; Kurtz p. 320; Wunderer p. 111; Salzmann p. 40 [15] MACAR. V 33 [16] MANT. PROV. III 32 [17] HESYCH. s. v. *Κρότωνος ὑγιέστερος*

in Etymologico Parisino[1] sine explicatione occurrit; adduntur solum verba ἐπὶ τῶν πάνυ ὑγιαινόντων[2] vel ἐπὶ τῶν πάνυ ἐρρωμένων καὶ ἰσχυρῶν[3] vel similia proverbia ut *Κόδρου εὐγενέστερος, Νιρέως καλλίων, Ὀδυσσέως συνετώτερος, Στέντορος μεγαλοφωνότερος*[4]. Proverbium occurrit praeterea in Aeliani epistulis rusticis[5], cuius verba Salzmannus putat e comoediae cuiusdam facetiis derivanda esse. A Libanio in epistulis saepius adagium commemoratur[6].

De origine adagii bifariam scriptores tradunt. Sunt qui ad ricinum sive *κρότωνα* locutionem referant: *κρότων* autem est animal, quod in canibus et bubus gignitur[7]; et est ubique planum neque ullam habet scissuram. Talia narrant Zenobius[8], qui Menandrum proverbium usurpavisse testatur[9], praeterea Photius[10], Suidas[11], Eustathius[12], et eandem interpretationem in appendice proverbiorum Corporis Gottingensis legimus[13].

Alii autem proverbium ad urbis salubritatem spectare contendunt, quae incolas sanos et firmos redderet et permultos ibi athletas gigneret. Hunc in modum interpretantur Stephanus Byzantius[14] et Photius[15], qui alibi aliam illam explicationem praebet et similes affert locutiones *ὑγιέστερον ὄμφακος, ὑγιέστερον κολοκύντης*, deinde Suidas[16] et Eustathius[17]. Fabulas meras tales narrationes esse facile cognoscitur: primo videlicet adagium ad ricinum spectabat, cuius levitas sanitatis et integritatis speciem praebebat non secus ac *κολοκύντη* et *ὄμφαξ*. Postea autem, cum Croton athletis excelleret, de hac urbe eiusque sanitate dictum

[1] CRAM. ANECD. PAR. I 398. 18, s. v. *Κόδρου εὐγενέστερος* [2] MANT. PROV. III 32 [3] MACAR. V 33 [4] CRAM. ANECD. PAR. I 398. 18 [5] AELIAN. ep. rust. X, vol. II 179 Hercher [6] LIBAN. ep. 362. 386. 1239 [7] cf. ARIST. hist. anim. V 31; PLIN. nat. hist. XXX 24; STEPH. BYZ. s. v. *Βιστονία*; ET. GUD. p. 349. 19 Sturz, s. v. *κρότων*; ET. M. 541. 9, s. v. *Κρότων* et 546. 10, s. v. *κυνοραϊστέων*; CRAM. ANECD. PAR. IV 171. 11 (etym. cod. Coisl. 347, s. v. *κυνωραϊσταί*) [8] ZENOB. IV 27, cf. MILLER Mél. p. 354 [9] MEIN. IV 161; KOCK III 91 (fr. 318) [10] PHOT. s. v. *κρότωνος* [11] SUID. s. v. *κρότωνος ὑγιέστερος* et *ὑγιέστερος κρότωνος* [12] EUST. Od. ρ 300 p. 1821. 47 [13] APP. PROV. III 51 (Bodl. 559) [14] STEPH. BYZ. s. v. *Συράκουσαι* [15] PHOT. s. v. *ὑγιέστερον ὄμφακος* [16] SUID. s. v. *Ὑγιέστερος* [17] EUST. Dion. Perieg. 370, p. 161. 14 sqq. Bernhardy; GEOGR. GR. MIN. II 283. 9 Müller

esse proverbium vulgus putabat. Et est veriloquium populare saepe usitatum, quod refert rem notam et insignem ad verbum alienum, sed litteris simillimum, cuius sensus difficilis est vel obscurus. Quod saepe fit ioci causa, praecipue talibus in veriloquiis ad gentium mores spectantibus.

Restat ut huius de Crotonis salubritate fabulae originem a veteribus narratam referamus: Myscellum quendam et Archiam, quorum ille Crotonem, hic Syracusas conditurus esset, oraculum consuluisse de urbe condenda et hoc accepisse responsum:

ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ', ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε
πλοῦτον ἔχειν κτεάνων ἢ τερπνοτάταν ὑγίειαν[1],

quos versus adhibet scholiasta ad Aristophanis Equites[2]. Myscellum autem salubritatem (ad musculos nomen alludit et corporis sanitatem), Archiam (*ἀρχή* = *πλοῦτος κτεάνων*) divitias sibi elegisse et hac de causa Crotoniatas firmos, Syracusanos divites esse. Occurrit fabula illa praeterea apud Strabonem[3] et apud Stephanum Byzantium[4]. In codice Coisliniano 177 proverbium ab athleta quodam derivatur, cui nomen erat Crotoni[5].

In numero athletarum Crotoniatarum, de quibus Cicero disseruit in libro de inventione scripto[6], imprimis praeclari erant Phayllus et Milo. „*Ἠκολούθουν Φαΰλλῳ τρέχων*“[7] vel „*τὸν δρομέα Φάϋλλον ὢν βούπαις ἔτι εἷλον*“[8] iam Aristophanes dicit ad insignem quandam celeritatem significandam. Praeerat ille Phayllus Crotoniatarum navi in pugna apud Salaminem facta teste Herodoto[9]; et Alexander Magnus Crotoniatas praeda donabat, ut Phaylli patriam honoraret, quod apud Plutarchum in Alexandri vita legimus[10]. Statuam Phaylli Delphis fuisse Pausanias commemorat.[11] cuius statuae titulum indicat Eustathius[12]:

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος[13],
δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

[1] Hendess p. 47 no. 61 not., cf. p. 50 no. 69 [2] SCHOL. ARISTOPH. Equ. 1091 [3] STRAB. VI 269 C [4] STEPH. BYZ. s. v. *Συράκουσαι* [5] Salzmann p. 40 [6] CIC. de inv. II 2 [7] ARISTOPH. Acharn. 215 c. schol. [8] ARISTOPH. Vesp. 1206 et schol. [9] HEROD. VIII 47 [10] PLUT. Alex. 34 [11] PAUSAN. X 9. 2 [12] EUST. Od. ϑ 197 p. 1591. 58, cf. APOST. XVII 62 et IOANN. TZETZ. epist. p. 81 Pressel [13] cf. Hauvette, Revue des études grecques XII 9 sq. et LIBAN. decl. XXIII, vol. VI 401. 4 Foerster

Locutio denique *Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα (πηδᾶν)* teste Zenobio[1], Suida[2], Eustathio[3] ad Phayllum referenda est.

Milo athleta apud Ciceronem („Luctabitur Olympiis Milo“[4]) et apud Quintilianum commemoratur („Milo, quem vitulum adsueverat ferre, taurum ferebat“)[5]. Et Cicero et Quintilianus exempli causa ad praecepta quaedam rhetorica demonstranda sententiam afferunt, unde fortasse efficiendum est in oratorum scholis res a Milone gestas praecipue celebratas fuisse[6]. Milonis mortem narrant Valerius Maximus[7] et Strabo[8] eumque secutus Eustathius[9]. Nomen eius etiam in nummis occurrit[10].

Neque solum athletis Croton, urbs saluberrima, sed etiam medicis excellebat[11]: Crotoniata erat Alcmaeon, medicus ille praeclarissimus[12].

Sed sicut reliqui Graeci etiam Crotoniatae mollitie postea corrumpebantur: luxu, quem a Sybaritis didicerant, effeminati teste Timaeo historico[13] Crotoniatae mores severos reliquerunt et vitae molli ita se dederunt, ut proverbium illud superbum *Μάταια τἆλλα πρὸς Κρότωνα τἄστεα*[14] mox vanum et irritum fieret.

Sybaritarum[15] urbem Scymnus geographus *μεγάλην, βαρεῖαν, πλουσίαν, καλήν* vocat, quae cognomina in incolarum quoque proprietates optime quadrant.

Sybaritae ut *τρυφῶντες* iam ab Aristotele[16] et ab Heraclide

[1] ZENOB. VI 23 [2] SUID. s. v. *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶν* [3] EUST. Od. ϑ 197 p. 1591. 54; opusc. p. 125. 30 Tafel; cf. APOST. XVII 62 [4] CIC. de fat. 30 [5] QUINT. I 9. 5 [6] cf. LIBAN. decl. XXIII 27, vol. VI 390. 15 Foerster [7] VAL. MAX. IX 12. 9 [8] STRAB. VI 262 C [9] EUST. Dion. Perieg. 369 (GEOGR. GRAEC. MIN. II 282 sq. Müller); EUST. Od. ϱ 300 p. 1821. 47. cf. Hotop p. 252. 279 [10] Eckhel, Doctrin. num. vet. I 173 [11] HEROD. III 131 [12] cf. Iulius Sander, Alkmäon von Kroton. Progr. Wittenberg 1893; Ioann. Wachtler, De Alcmaeone Crotoniata. Lips. 1896 [13] ATHEN. 522 A; FHG I 212 (fr. 82) [14] KOCK III 619 (fr. 1270); SCHOL. THEOCR. V 33; MANT. PROV. II 2 [15] Erasm. 61. 378. 416. 460. 465. 470. 747; Novarinus p. 244; Kiepert p. 459; Bauck p. 40; Kurtz p. 320; Nissen, Ital. Landeskunde II 2. 914; Otto p. 338 no. 1727; Wunderer p. 111 sq.; Blümner p. 197; Salzmann p. 40; Bonito, Intorno Sibari e Turio, Napoli 1899; S. Reinach, Rev. crit. 1900 No. 2; E. Galli, Per la Sibaritide. Studio topogr. e stor. con la pianta archeolog. di Cosenza, 1907 [16] ARISTOT. fr. 541 p. 1567 b 28; fr. 542 p. 1568 a 14

Pontico[1] vituperantur; ventri eos ac deliciis addictos fuisse ostendunt testimonia Polybii[2], Philonis Alexandrini[3], Diodori Siculi[4] nec non Plutarchi[5] et Aeliani[6] et Maximi Tyrii[7]. Libanius saepe eos commemorat[8]. Et teste Aelio Lampridio Heliogabalus Sybariticum missum semper adhibuit[9], quibuscum locis lexicographorum de luxu Sybaritico testimonia comparanda sunt[10].

Συβαριτικὴ τράπεζα sicut mensa Sicula mollem et delicatam significabat. Vel Aristophanes verbis utebatur *Συβαρίτιδας εὐωχίας*[11], apud posteros autem saepe occurunt *τράπεζαι Συβαριτικαί*, ut apud Athenaeum[12] et Libanium[13], apud Cyrillum Alexandrinum[14], Doxapatrem[15], Eustathium[16] itemque apud paroemiographos[17].

Apud Sybaritas vero praecipue luxuriae deditus fuisse dicitur Mindyrides[18]. Nam cum Clisthenes Sicyoniorum tyrannus quadrigarum certamine victor fuisset ac per praeconem edixisset, ut quicumque filiam ipsius, virginem eximia forma claram, ambiret, Sicyoni ad diem certam adesset, Mindyrides Sybari ancoras solvit vectus nave, quam quinquaginta remigibus instruxerat; Sicyonem ingressus non solum aemulos, sed etiam ipsum tyrannum apparatu longe superavit. Idem in cena,

[1] HERACLID. PONT. fr. 4 Voss; ATHEN. 525 F [2] POLYB. VII 1. 1, vol. II 312 Büttner-Wobst, cf. ATHEN. 528 A [3] PHIL. ALEX. de spec. leg. III 43, vol. V 162. 5 Cohn [4] DIOD. SICUL. VIII 18 sq., X 22, XI 48. 4, XII 9. 2 sq. [5] PLUT. Crass. 32 [6] AELIAN. var. hist. XIV 20, vol. II 164. 24 Hercher [7] MAX. TYR. diss. XXI 5 p. 261. 6 Hobein [8] LIBAN. or. XI 236, vol. I 520. 9 Foerster; or. XVIII 143, vol. II 297. 8 [9] AEL. LAMPRID. vit. Heliogab. 30, Script. hist. Aug. I 242 Peter [10] HESYCH. s. v. *Συβαρῖται, Συβαριτικός, Συβαριτικαῖς*; PHOT. s. v. *Συβαριτικαῖς*; SUID. s. ead. v.; SUID. s. v. *'Επὶ μέγα* et *ἄδην*; ZONAR. p. 10 Tittmann s. v. *ἁβρότερον* et p. 1684 s. v. *Συβαριτική*; BACHMANN. ANECD. *(συναγ. λεξ. χρησ.* s. v. *Συβαριτικαῖς* et *Συβαρικαῖς)* I 372. 23 [11] ARISTOPH. fr. 216 Geld.-Hall, cf. ATHEN. 484 F; KOCK III 530 (fr. 684) [12] ATHEN. . 25 E [13] LIBAN. or. IX 6, vol. I 394. 13 Foerster; or. XXV 15, vol. II 544. 7 Foerster; or. XLVI 15, vol. III 386. 7 Foerster; ep. 1311 Wolf [14] CYRILL. ALEX. hom. 18 [15] DOXAPATR. homil. in Apthon., RHET. GRAEC. II 165. 20 Walz [16] EUST. Il. Ω 476 p. 1360. 13 [17] ZENOB. V 87; GREG. CYPR. III 68; ARSEN. p. 430, cf. DIOGEN. I 2; APOST. I 4; ARSEN. p. 11 [18] HEROD. VI 127; SENEC. de ira II 25. 2; AELIAN. var. hist. IX 24, vol. II 103. 2 Hercher; ATHEN. 273 B

qua post adventum statim exceptus est, cum quidam iuxta eum accumbere vellet, adesse se dixit ex praeconis edicto aut cum coniuge aut solum accubiturum[1]. Teste Chamaeleonte[2] se per viginti annos solem neque orientem neque occidentem vidisse gloriabatur. Alius Sybarita de Lacedaemoniis dixit rem non ita magnam eos praestare, quod mortem in bello expeterent, quae eos a tot laboridus vitaeque tali ratione liberaret: horruit vir mollis mores Lacedaemoniorum severos[3]. Mollitiem Sybaritae cuiusdam Aristophanes quoque illudit[4].

Συβαρίζειν igitur vel apud Aristophanem[5] *τὸ τρυφᾶν* significabat[6]. Sed Artemidorum *συβαρίζειν* ad verbum *θορυβεῖν* rettulisse scholiasta ad Aristophanis Pacem testatur[7]; sic Phrynichum quoque dixisse

πολὺς δὲ συβριασμὸς αὐλητῶν τότ' ἦν[8].

Errare autem mihi videtur Mauritius Schmidt[9], cum differentiam fuisse inter *συβαρίζειν* et *συβριάζειν* contendit, quorum alterum e voce *Σύβαρις* derivatum de Sybaritarum luxu atque mollitie, alterum omnino non cum *Σύβαρις* cohaerens de tumultu incomposito dictum esset: metathesi consonantium *συβριάζειν* par esse dicit voci *συρβιάζειν*, quae cum verbo latino „turba" cognata esset, teste Hesychio: *σύρβα · μετὰ θορύβου.* Re vera verbum *συβαρίζειν* cum litteris tum sensu par est voci *συβριάζειν*. Vocabulum enim Graecum *συρβιάζειν* non exstat. Praeterea non est cur in rebus musicis *συβριασμός*, i. e. mollities, negandus sit; similiter hominibus rudibus *σολοικισμὸς* obiciebatur, etiamsi vestem incultam habebant: non semper spectabat *σολοικισμὸς* ad dialectum corruptam, non semper *συβριασμὸς* ad palati voluptates. Denique Maximus Tyrius *Συβαριτικὰ αὐλήματα* commemorat[10]: exstabat igitur artis musicae genus Sybaritarum proprium et ad voluptatem movendam imprimis aptum.

---

[1] SUID. s. v. *Συβαριτικαῖς* [2] fr. 33 Koepke [3] PLUT. Pel. 1; ATHEN. 138 D; ATHEN. 518 CE sq. [4] ARISTOPH. Vesp. 1427 [5] ARISTOPH. Pac. 344 c. schol. [6] HESYCH. s. v. *συβαρίζει*, *Σύβαριν*, *Συβαριτικαῖς*, *Συβριακόν*, *συβριάζει*, *συβριασμός*; ET. M. 732. 26 s. v. *συβριάζειν*, cf. MILLER Mél. p. 273 (Et. M. Flor. s. v. *συβριάζειν*) [7] SCHOL. ARISTOPH. Pac. 344 [8] MEIN. II 605 (fr. 12); KOCK I 386 (fr. 64) [9] M. Schmidt ad Hesych. s. v. *συβριασμός* [10] MAX. TYR. diss. XXXVII 4, p. 430. 12 Hobein, cf. XXXII 3, p. 370. 3

Συβαριτικοὶ λόγοι[1] quales fuerint, e veterum testimoniis non plane patet. Alii tradunt fabulas de animalibus narratas dictas esse Aesopeas, de hominibus autem Sybariticas[2]; alii nomen *Συβαριτικοὶ λόγοι* Aesopi fabulis vindicant[3]; alii denique fabulas breves et succinctas *Συβαρίτιδας* vocant, ut Mnesimachus comicus[4]. Comparanda sunt Epicharmi *Συβάρεια ἐπιφθέγματα*[5], de quorum vi et ratione viri docti adhuc disceptant. Erant fortasse turbulentae voces modique musici, de quibus supra egimus. Apud Romanos „libelli Sybaritici“ erant impudicissimi, id quod vel ex Ovidio liquet:

nec qui composuit nuper Sybaritica, fugit[6].

Hemitheon enim Sybarita teste Luciano[7] mirificas leges conscripsit, quomodo *μιαίνεσθαι* oporteat et velli, pati ac facere illa vitia. De huius poetae libellis obscenissimi argumenti cogitavit Martialis

Musaei pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis[8].

Sybariticis autem fabulis Aristides ut simillimas opponit Massilienses[9], cuius incolae ob luxuriam famosos fuisse infra videbimus.

Denique spectant ad Sybaritarum luxuriam *Συβαρῖται διὰ πλατείας*[10] de eis dictum, qui in via superbo gradu incedebant, et oraculum proverbii loco usitatum *Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες*[11], quod deus illis dedit, qui in bello cum Crotoniatis facto cladem effugerant. Crotoniatis enim, quorum robur in proverbium abiisse vidimus, Sybaritae molles resistere non

---

[1] cf. Christ, Hist. litt. Graec.[5] I 181 et C. Cessi, Leggende Sibaritiche. Stud. Ital. IX (1901) 1 sqq. [2] SCHOL. ARISTOPH. Av. 471 [3] HESYCH. s. v. *Συβαριτικοὶ λόγοι*; SUID. s. v. *Συβαριτικαῖς*, cf. DIOGEN. PROOEM., CPG I 178. 5 Schneidewin-Leutsch [4] SCHOL. ARISTOPH. Av. 471; MEIN. III 577; KOCK II 441 (fr. 6) [5] CGF I 1. 129 Kaibel, cf. SCHOL. ARISTOPH. Pac. 344 et SUID. s. v. *Συβαριτικαῖς* [6] OVID. Trist. II 417 [7] LUCIAN. adv. indoct. 23 [8] MART. XII 95. 2 [9] ARISTID. or. XLVIII 596, vol. II 471. 20 Dindorf [10] ZENOB. V 88, cf. KOCK III 539 (fr. 741); DIOGEN. VIII 10; HESYCH. s. v. *Σύβαρις διὰ πλατείας*; SUID. s. v. *Συβαριτικαῖς*; MACAR. VII 87; APOST. XV 77 [11] Hendess p. 62 no. 102; ZENOB. V 19; DIOGEN. VI 43; SUID. s. v. *ἀμετρί* et *μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες*, e quo ZONAR. p. 164 Tittmann s. v. *ἀμετρί*; APOST. XI 31; ARSEN. p. 353, cf. HESIOD. op. 694 (*μέτρα φυλάσσεσθαι*)

potuerunt et ex pugna inferiores discesserunt[1]. Ridicula de causa hanc cladem acceperunt: Sybaritani enim excercitus equitatus teste Plinio ad symphoniae cantum saltatione quadam moveri solitus erat[2]. Quem cantum Crotoniatae imitati equos ex acie Sybaritana ad suam ipsorum aciem pellexerunt, quod Aristoteles aliique narrant[3]. Sic Sybaritarum exitus dignus erat eorum vita.

Sed Sybaritae teste Polybio a Campanis etiam superabantur *τρυφῇ*[4]. Campania[5] erat regio fertilissima ideoque eius incolae divitissimi et superbiae pleni. Livius superbiam Campanis ingenitam castigat[6] et Cicero Campanam illam arrogantiam et intolerandam ferociam cum inertissimo otio coniunctam[7] in oratione secunda de lege agraria habita compluribus locis vituperat, cum aliud tum Campanum supercilium commemorans[8], quam arrogantiam e divitiarum copia atque omnium rerum adfluentia natam esse optimo iure contendit[9]. „Campanus consul" in oratione de domo habita perstringitur[10]. — Mollities praecipue in victus cultu apparet ita ut Campanica peristromata vel apud Plautum insigni quadam fama utantur[11]. Plautus Campans genus (Campans = Campanum teste Nonio[12]) multo Syros patientia superare dicit[13], quo loco patientia habet sensum malum sicut Graece *ἡδυπάθεια* vel latine pathicus. Etiam in loco Plautini Truculenti luxuria vel superbia Campana occurrere videtur, sed locus est ita corruptus, ut nihil certi ex illis versibus effici queat:

quid id, amabo, est quod dem? dic tum super feri †
Campas dicit † avavi consultum † istuc[14].

Notum est epigramma illud Naevii „plenum superbiae Campanae", quod Gellius memoriae tradidit:

[1] DIO CHRYS. or. XXXIII 25, vol. I 304. 20 Arnim; AELIAN. var. hist. I 19, vol. II 8. 30 Hercher; cf. DIOD. SIC. X 22, XI 48. 4, XII 9. 2 sq. [2] PLIN. nat. hist. VIII 42. 157; cf. AELIAN. nat. an. VI 10, vol. I 142. 21 Hercher; XVI 23, vol. I 401. 4 Hercher [3] ATHEN. 520 C sq.; ARISTOT. fr. 541, p. 1567 b 28; cf. CHARON. FHG I 34 (fr. 9, ubi eadem narrantur de Cardianis); EUST. Dion. Perieg. 374, GEOGR. GRAEC. MIN. II 284 Müller [4] POLYB. VII 1. 1 [5] Otto p. 68; Beloch, Campanien p. 158 (Cyme); von Wyss p. 27 [6] LIV. IX 6. 5 [7] CIC. de leg. agr. II 91 [8] ibid. 93 [9] ibid. 95 [10] CIC. de dom. 60 [11] PLAUT. Pseud. 146 [12] NON. s. v. Campans, p. 781. 23 Lindsay [13] PLAUT. Trinumm. 545 [14] PLAUT. Truc. 942

immortales mortales si foret fas flere,
flerent divae Camenae Naevium poetam . . .[1]

Recte Gellius his in versibus superbiam inesse iudicat, cum a Naevio de se ipso verba dicta essent. — „Campanam imitatus luxuriam" Q. Lutatius Catulus primus in theatro spectantium consessum velorum umbraculis texit testibus Plinio maiore[2], Valerio Maximo[3], Ammiano Marcellino[4]. „Superbiae sedes nunquam stabilis" Campania ab Ausonio vocatur[5]. Neque vitia e mollitie parta deerant: Cumanae meretrices erant famosae[6].

His de Campania in universum praemissis pauca de Capua[7] dicenda sunt. Urbs illa amplissima et ornatissima[8], domicilium illud superbiae[9] et luxuriae sedes, teste Livio „sine modo libertatem exercebat et longa felicitate atque indulgentia fortunae luxuriabat"[10], ita ut Hannibalis ipsius exercitum corrumperet Capua voluptate[11], qui armis etiam tum (hieme 212/211) invictus erat. „Capuae Hannibali Cannae fuerunt. Ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi spem futuri exstinctam"[12]. Quam ob rem Silius Italicus conquerebatur

Vosque, invicta diu, nunc heu sine Marte iuventus
Debellata bonis Capuae . . .[13]

Imprimis famosa erat Capuae via quaedam, cui nomen erat Seplasia[14], ubi permulti unguentarii mercaturam faciebant; similiter Graeci dicebant *Σαμίων λαύρα*. „Homo Seplasia dignus" mollem significabat[15], et si quis capillos horridos habebat, „Capua Seplasiam sublaturus videbatur"[16]. Praecipue comici mentionem Seplasiae fecisse videntur. Comici incerti fragmentum Festus memoriae tradidit valde corruptum[17]:

[1] GELL. I 24. 2 [2] PLIN. nat. hist. XIX 23 [3] VAL. MAX. II 4 [4] AMM. MARC. XIV 6. 25 Clark [5] AUSON. ord. urb. nob. 59 sq. (VIII 14) p. 147 Peiper [6] FUR. BIBAC. in SCHOL. IUVEN. VIII 16; POLYB. VII 1. 1 [7] Beloch, Campanien p. 340; Nissen, Ital. Landeskunde II 2. 702 sq.; Otto Sprichw. p. 74 et Arch. f. lat. Lex. III 378 [8] CIC. de leg. agr. II 76 [9] CIC. post red. in sen. 17, de leg. agr. II 97 [10] LIV. XXIII 2. 1 [11] CIC. de leg. agr. I 20, II 95 [12] LIV. XXIII 45. 4 [13] SIL. ITAL. XII 287 sq. [14] Otto p. 318 [15] CIC. in Pis. 24 [16] CIC. pro Sest. 19 [17] FEST. p. 418. 26 Lindsay, Ribbeck[3] com. p. 112

lasi⟨a⟩ aut Sẹ⟨plasium⟩ . . . .
memorata . . . .
in Adelph⟨is⟩ . . . .
. . . . feri Anti . . . .
. . . . tum sit q . . . .
. . . . . unde ung . . . . est

Litterae „ung“ in „unguentum“ supplendae videntur. — Pomponii comici fragmentum Varro servavit, quod legimus apud Nonium[1]:

venit, ínquit, nos rogátum, quando nóstrae essent Seplásiae.

Unguentum nimirum, ut visum est Ribbeckio, rogavit eos, quorum totas Seplasias esse per iocum fingit. In illo „inquit“ latere „unguenta“ Ribbeckius suspicatur, quamvis versus effici vix possit nisi transpositis audacius verbis hoc modo: „unguénta venit nós rogatum quándo essent Seplásiae nostrae.“ — Varro ipse in Synephebo Seplasiae mentionem facit:

hic nárium Seplásiae, hic hédycrum Neapolis (*ἡδύπνους* Neapolis Riese[2])

et in *'Ανϑρωποπόλει* ita:

dotis dato insulám Chrysam, agrum Caécubum, Seplásia
Capuaé, macellum Rómuli[3].

Varronis saturae cuidam inscriptio fuisse dicitur: „Postumi cui Seplasia fetet[4].“ Buecheler coniecit: „Postumi cur Seplasia fetet?“[5], Riese „Post vinum Seplasia fetet.“ Lucianus Mueller has damnavit coniecturas verba inscriptionem satirae fuisse omnino negans[6]. — Denique apud Ausonium Seplasia commemoratur[7].

De moribus Massiliensium[8] quid iudicandum sit, dubium est. Haec enim illi, illa alii e veterum testium numero de eis narrant.

Erat proverbium *εἰς Μασσαλίαν πλεύσειας*, quod in Plutarchi proverbiis primum legitur[9], deinde in Milleri codice Athoo[10],

[1] VARR. apud NON. p. 335. 16 Lindsay; Ribbeck[2] com. p. 249. 160
[2] VARR. ap. NON. s. v. Seplasium, p. 335 Lindsay; p. 221. 10 (fr. 5) Riese
[3] VARR. ap. NON. s. v. Seplasia, p. 335 Lindsay; p. 103. 6 (fr. 3) Riese
[4] VARR. sat. fr. p. 199 Riese [5] Mus. Rhen. XIX 475 [6] Neue Jahrb. vol. 95 (1867) p. 507 sqq. [7] AUSON. epigr. 82, p. 343. 4 Peiper [8] Erasm. 361. 468; Pauly RE IV 1628; Schneider p. 29; von Wyss p. 23; Otto Sprichw. p. 214 no. 1064; de nominis forma cf. W. Dittenberger, Ethnika. Herm. XXXXI (1906) 184 sq. [9] PLUT. I 60 [10] MILLER Mél. p. 373

apud Suidam[1], qui praeterea aliud proverbium affert simile: *'Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις*, denique apud Apostolium[2]. Dicitur de eis, qui effeminate et molliter vivunt vestibus pictis et talaribus et unguentis utentes, quod etiam Athenaeus testatur[3]. Similiter Horatius: „naviget Anticyram[4]."

Consentaneum igitur erat Plauti locum: „Ubi tu es, qui colere mores Massilienses postulas[5]?" ad luxuriam Massiliensem ab interpretibus referri[6]. Neque tamen ab omnibus: Otto identidem huic repugnat sententiae[7]. Affert enim testimonia castitatis morum Massiliensium et honestae eorum vitae, quae neglegenda non sunt: Livius eam laudat[8], similiter Cicero[9], nec non laus eis tribuitur a Strabone[10] et Valerio Maximo[11]. Feminas Massiliae vinum potare vetitas fuisse Athenaeus[12] et Aelianus[13] narrant. Laus ergo „Ubi tu es, qui colere mores Massilienses postulas? (i. e. castos)" ironice sane dicta est apud Plautum. — Ita si intelleguntur verba, salsiora sunt quam si quis ea ad luxuriam refert. Discrepantia autem luxuriae et simplicitatis illius morum facile solvenda: luxuriae criminatio e saeculis posterioribus derivanda est, castitatis laus e temporibus pristinae severitatis.

Haec quidem de Graecis proverbio notatis. Quae de barbarorum proprietatibus collegi testimonia, spero fore ut aliquando publici iuris facere possim.

[1] SUID. s. v. *'Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις* et *'Ἐς Μασσαλίαν πλεύσειας* [2] APOST. VI 69, cf. ARSEN. p. 221 [3] ATHEN. 523 C [4] HOR. sat. II 3. 166, cf. O. Crusius, Untersuch. zu Herond. p. 39 [5] PLAUT. Cas. 693 [6] cf. Ussing a. h. l. et von Wyss p. 23 [7] Arch. f. lat. Lex. III 378; Sprichw. p. 214 not. 3 [8] LIV. XXXVII 54. 21; XXXVIII 17. 12 [9] CIC. pro Flacc. 73 [10] STRAB. IV 181 C [11] VAL. MAX. II 6. 7 [12] ATHEN. 429 A [13] AELIAN. var. hist. II 38

INDEX NOMINUM ET RERUM

INDEX PROVERBIORUM ET GLOSSARUM

INDEX LOCORUM

[1] Corporis Paroemiographorum Gottingensis

[1] Numeris utor editionis Oxoniensis edd. Hall.-Geldart. [2] Numeri paginarum editionis academiae Berolinensis in contextu conferantur.

[1] Hic posui quamvis dubitanter omnia, quae Theodorus Kock comicis tribuit incertis.

[1] Corporis Paroemiographorum Gottingensis.

AUCTOR DE VITA SUA

Natus sum Maximilianus Göbel in Silesiae vico prope Vratislaviam sito, cui nomen est Rothsürben, anno 1889 die XXIV mensis Maii, patre Friderico Göbel † architecto, matre Wilhelmina e gente Seeliger, quam superstitem esse gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae.

Primis litterarum elementis in ludo publico imbutus gymnasia regia urbium Gedani Pontisque Saravi et gymnasium Fridericianum Vratislaviense frequentavi, ubi vere anni 1909 maturitatis testimonium adeptus sum. Deinde universitatem Fridericam Guilelmam Silesiacam adii, ut studiis philologicis et archaeologicis me darem.

Horum virorum doctorum interfui scholis vel exercitationibus: Appel, Baumgartner, Cichorius, Foerster, Gercke, von Hase †, Hönigswald, Kabitz, Koch, Kühnemann, Kroll, Rigal, Scheer, Schrader, Siebs, Skutsch †, Stern, Stoy, von Wenckstern, Ziegler.

Seminarii regii philologici sodalis fui ordinarius per tria semestria, item archaeologici et societatis Graecae Gerckianae per quinque semestria. Praeterea aditum mihi praebuerunt ad seminarium ad litteras Germanas perscrutandas institutum Maximilianus Koch, ad seminarium historicum Conradus Cichorius, ad seminarium philosophicum Matthias Baumgartner et Eugenius Kühnemann, ad seminarium psychologicum Williamus Stern.

Quibus omnibus viris humanissimis gratias ago quam maximas, imprimis autem philologis Vratislaviensibus Francisco Skutsch † et Alfredo Gercke nec non Richardo Foerster, qui mihi huius dissertationis thema tractandum proposuit et cuius consilium ac doctrina in studiis cum philologicis tum archaeologicis nunquam mihi defuerunt.

Restat ut illis quoque grates agam, qui benigne me adiuverunt hoc in opusculo componendo, imprimis viris clarissimis Iulio Roy-Cherrier (Chalon-sur-Saône), societatis archaeologicae et historicae Cabillonensis praesidi, qui identidem per litteras de musei Cabillonensis statua quadam me docuit, et Bernhardo Schneck, gymnasii Iohannei Vratislaviensis collegae et professori, qui mihi suas de proverbiis Suidanis schedas comiter permisit. Grato denique animo sodales commemoro, qui in opusculo prelo committendo mihi praesto fuerunt: Alfonsum Nehring, Drd. phil., et Iulium Makowsky.

THESES

1

Studia archaeologica et philologica nunquam dirimenda.

2

In sarcophago Vaticano, qui mythum Protesilai et Laodamiae exhibet[1], figuram apud navem in terra stantem et ab omnibus adhuc interpretibus ut militem declaratam equidem puto Minervam esse.

3

In sarcophago Mantuano Medeae fortunam ostendente[2] instrumentum illud prope pedes infantium, quibus mors a Medea paratur, positum non est cylindrus (Robert), sed sphaera[3].

4

In sarcophago Palatino[4], qui eundem mythum ostendit, tabula prope infantes illos in terra iacens neque „Hochzeitstäfelchen“ vocanda est (von Duhn) neque „Schreibtäfelchen“ (Robert), sed tabula lignea mihi videtur esse, qua pueri ad pilae ludum exercendum solent uti[5].

5

Errant, qui in trimetro iambico caesuram mediam aut omnino exstare negant[6] aut certis solum condicionibus inesse contendunt[7].

[1] Galleria dei candelabri no. 113 (Museo Pioclementino); spero fore ut commentatiunculam de hoc sarcophago scriptam aliquando publici iuris faciam nec non imaginem photographice depictam, quam apud Robertum nondum invenimus. [2] Robert, Sarkophagreliefs II 196 [3] quod ex imagine patet, quam mihi professor Ada Sacchi-Simonetta, musei Mantuani praefecta, propria manu delineavit. Eandem rem per litteras Ada Sacchi mecum communicavit. [4] Robert II 201 [5] cf. imaginem apud Guhl et Koner, Leben der Griechen und Römer[6] fig. 451 [6] Albert Schmidt, De caesura media in Graecorum trimetro iambico. Diss. Bonn. 1865; S. Mekler, Nachlese zur Frage der Caesura media. Wiener Studien III (1881) p. 37; id., Zur Revision der Frage der Caesura media im iambischen Trimeter des Euripides. Progr. des akadem. Gymnas. zu Wien. 1878 [7] Wilamowitz, Euripides Herakles 754;

6

Risum quem dicimus Sardonium perperam derivant grammatici veteres ex herba Sardoa, quam qui ederit, *μετὰ σπασμοῦ καὶ γέλωτος* moreretur. Vocabulum „Sardonium" vel „*σαρδάνιον*" potius cum voce *σαίρω* cohaerere ex Hom. Od. *υ* 302 efficiendum videtur.

7

Ἄρκτοι apud Graecos non ideo memoriam significabant immortalem, quia numquam occidunt illa signa[1], sed cum septem omnino *μνήμης* numerus esset, id quod e Graecorum superstitione patet[2].

A. N. Verrall, Class. Rev. 1906 p. 241; Io. Uhle, De Menandri arte metrica. Diss. Münster 1912

[1] cf. Diels. Vorsokratiker I³ 103, not. ad Heracliti fr. 126a [2] etiam lunam ad numerum septem spectare et mentem significare Guilelmus Roscher ostendit (Abhdl. d. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften 1911, Phil. hist. Kl. XXVIII 5 p. 16 sq.; cf. ibid. 1906, XXIV 6 p. 54 sq.). Praeterea superstitionem illam saepius invenimus.

